

Die Bürgersprachen.

Huic libellulo inscribenda sunt primo civiloquia, deinde in sequenti quaternulo, qualiter de anno in annum consilium disponitur et innovatur.

I, [Communia civiloquia]¹.

Ista sunt civiloquia, que communiter cottidie intimantur.

Primo a Deo et dominio nostro bonam habetis civitatem. Qualiter illam custodire debetis, sepius vobis intimatur, videlicet:

1. Quod unusquisque personaliter vigilet equitando et eundo, ubi ad vigilandum ponitur, vel talem pro se mittat, pro quo velit respondere, sub pena trium mr. arg.

2. Quod unusquisque arma sua parata habeat et nemini extra civitatem concedat; sed si fama surrexerit, unusquisque cum armis currat ad valvam sibi deputatam.

3. Quod unusquisque videat, quem hospitet, quod talis sit, quod pro ipso respondere velit, et

4. Quod premuniat hospites suos, quod arma sua in hospicio dimittant; quod si facere noluerint, sed arma portaverint, hospes potest licite equos hospitem extra domum suam pellere; quod si civis noster non fecerit et hospes arma portaverit, civis iii mr. arg. emendabit.

5. Quod omnes accurrant ad »ove!«, ubi clamatur; et si aliquis pro maleficio efficitur profugus et si non vult^a teneri et in fuga vulneratur^b vel interficitur, ille, qui hoc facit sine ali[qu]o^c vörsatinghe, nullam penam pro eo pacietur; et si aliquis adest, qui potest et talem profugum non inpedit, civitati x^d mr. arg. emendabit et eo minor debet reputari.

^a wlt.

^b wlnatur.

^c alio.

^d x auf Rasur.

¹ Schröder, Kurtze Beschreibung S. 88. Burmeister S. 1. Mehl. Urkb. IX, Nr. 6474.

6. Quod^a nullus longas reysas velificet vel ambulet nisi cum consilio dominorum consulum, quia ipsi sciunt, quod alii nesciunt, (sub^b pena x mr.).

7^c. Quod unusquisque videat, cui accomodet bona sua, quia domini volunt esse potentes securitatis sue.

8. Quod byspraken libertates civitatis.

9. Quod videant, ubi ponant igniciones suas, ne sibi et suis vicinis deinde dampnum fiat, sub pena iii mr.

10. Quod unusquisque faciat equare mensuras suas et pondera sua sine timore et sine excessu.

11. Quod volunt omnia antiqua statuta et arbitria prius pronuntiata servare^d.

II, 1345¹.

Anno^e x^olv^o in festo ascensionis Domini² hec intimabantur.

1. Quod nullus habeat speciales pastores (aut^f de nocte extra civitatem equos custodiat, iii^g mr. arg.; pastor de nocte et equi debent^h poni ante omnia ad domum preconis).

2. Quod nullus detineatⁱ aliquem maleficum aut profugum pro maleficio aut ipsum juvet secreta vel occulte, quod deveniat vias suas, sub pena x mr. arg.

3. Quod nullus proiceat lastadien in deep hujus civitatis, sub pena vite et bonorum suorum.

4^k. Quod nullus veeghe aut portet stercora sua, quando pluit ad rönnam, sub pena iii mr. arg.

5. Quod nullus frangat pontem sive plateam vel exaltet vel de-

^a S. 2. ^b sub—marcarum nachgetragen. ^c §§ 7—11 sind einzeln später hinzugefügt und zwar nach 1353 und spätestens 1365, wahrscheinlich aber bis auf § 11 im Jahre 1356. ^d Eine halbe Seite frei. ^e S. 3.

^f aut—preconis nachgetragen. ^g Ursprünglich: x.

^h debet. ⁱ detineat als zweideutig gestrichen, aber unentbehrlich. ^k § 4 steht hinter § 7, ist aber durch Verweisung hierher eingeordnet.

¹ Burmeister S. 2. Mehl. Urkb. IX, Nr. 6524.

² Mai 5.

primet, vel aliquod novum edificium edificet (aput^a plateam) nisi cum consilio dominorum consulum, sub pena iii mr. arg.

6. Quod nisi duo^b cives nostri habentes proprium suum panem habeant unam bodam in Skanore, (iii mr. arg.)^c.

7. Quod nullus civium nostrorum in Skanöre aliquam discordiam inter cives nostros ortam aliquibus aliis intiment vel querulentur nisi advocatis nostris, sub pena iii mr. arg.

8. Hii sunt de lobio intimandi: domini Rodekoghele, Ywanus de Clätze, Hinr. de Zulten, Smodesyn, Ledeghe et Qualitze.

III, 1345¹.

Anno x^olv^o dominico die ante festum sancte Crucis² hec intimabantur^d.

1. Primo^e, quod unusquisque talliet pro bonis suis, prout valent; si quis hoc non fecerit, domini volunt judicare, ut juris ordo dictat; si eciam post mortem alicujus hoc invenerint, quod mortuus non satisfacit, volunt cum heredibus suis bona dividere et tantum accipere, prout fuerit juris et ut in vita accepisse voluissent.

2. Quod dent redditus de humuletis, antequam de fructibus se^f intromittunt, sub pena unius talenti.

3. Quod nullus volens carpere humulum de vespere exeat aut humulum alicujus carpeat sine licencia illius, cui humulus pertinet, sub pena dimidii talenti; eciam illi, qui hoc infregerit, non debet dari aliquod precium pro carpatura, et licite sine excessu debet poni in domum preconis nomine illius, cui humulus pertinet.

4. Quod omnes ementes bona ab hospitibus ipsa eis curialiter solvant, quod querimonie de ipso non fiant, sub pena iii mr.

^a apud plateam am Rande nachgetragen nach 1353 (XVII § 1), vor 1356. ^b Später, vor 1356, ersetzt durch: tres.

Zuerst war der Paragraph begonnen: quod nisi duo proprii sui domini habeant unam bodam; diese Redaktion ward verworfen, nachdem proprii sui domini durch cives ersetzt worden war.

^c Strafe nachgetragen, sub pena fehlt.

^d Danach: revertet, d. h. schlag um. Das Nota zu Anfang von S. 4 ist später hinzugefügt. ^e S. 4.

^f se in.

¹ Burmeister S. 3, Mehl. Urkb. IX, Nr. 6569.

² Sept. 11.

5. Quod nullus inscidat pannos vel cum panniscidis aliquam habeat societatem, nisi sortilegiat super pretorium, sub pena iii mr. arg.

6. Quod nullus institor debet alios pannos inscidere preter antiquitus consuetos, ut sunt Yrener, swesterdok, berwer, sagen, tyrleytey, Spiresch (et^a Sardokos).

7. Quod nullus institor^b, sartor sive pannirasor aliquam cum panniscidis habeat societatem, sub pena predicta.

8. Quod nullus aliqua bona qualiacumque emat extra valvas civitatis (et^c in civitate), sub pena trium mr. arg.

9. Quod omnia statuta et arbitria volunt servare.

10^d. Quod unusquisque muniat se ad annum, qui habet.

11^e. (Quod nullus civium nostrorum, quando emit annonam non eque valentem, faciat defalcacionem, sub pena iii mr. arg.)

12. Quod^f nullus ferat arma sive trusalia in civitate sive secreta sive publice, sub pena iii mr. arg.

13. Quod Michaelis¹ volunt ponere novas mensuras.

14^g. Quod byspraken libertates civitatis.

IV, 1346².

Anno x^olvi^o in festo ascensionis³ hec mandaverunt:

1. Nullus debet emere aliqua [lingna] edificiorum^h, nisi veneri[n]tⁱ intra muros; et cum intra muros venerunt, nullus ligna edificiorum^k emet, priusquam jacuerunt in tercium diem, nisi ipsa ad proprium suum edificium habere voluerit, sub pena iii mr. argenti.

2. Item nullus emet aliqua bona intra civitatem vel [in]^l jurisdictione civitatis cum hospitem pecuniis, sub pena iii mr. arg.

3^m. Item nullus habebit speciales pastores, sub pena prius statuta, trium mr. arg.

^a Zusatz.

^b Über der Zeile.

^c Später am

Rande zugesetzt, 1351?

^d § 10 gestrichen.

^e § 11 später unten an den Rand hinzugefügt, aber gestrichen.

^f S. 5.

^g § 14 später als die früheren

Artikel niedergeschrieben.

^h Urspr. bona sive lingna,

verbessert in bona edificiorum.

ⁱ venerit.

^k ligna ed.

urspr. ipsa.

^l in fehlt.

^m § 3 später als die

ersten Artikel niedergeschrieben.

¹ Sept. 29.

² Burmeister S. 3. Mehl. Urkb. X, Nr. 6654.

³ Mai 25.

V, 1347¹.

Anno x^olvij^o hec in festo ascensionis² sunt pronunciata:

1. Primo antiqua civiloquia. Secundo
2. Quod omnes ementes et vendentes super Livonicum talentum nullibi ponderent nisi supra libra civitatis.
3. Quod^a nullus civium nostrorum aliquas injurias, dictas schellinghe, quas opticere potestis, extra partes queruletur; sed cum hic domi venerit, accipiet, quod dictaverit ordo juris Lubicensis.
- 4^b. Quod nullus habeat majores nupcias.
5. Quod nullus accipiat bodas in Skanore.
6. Quod nullus proiceat lastadias in portum.

VI, 1347³.

Anno x^olvij^o Martini⁴ domini mei pronunciarunt:

1. Quod nullus debet emere annonam extra valvas aut in plateis aut in portu, sed intra iiii^{or} angulis et in fovea, sub pena iii mr.
2. Quod unusquisque muneat se ad annum cum cibariis et similibus.
3. Quod quisque talliet pro omnibus bonis suis; quod si non fecerit, bona illa, pro quibus non satisfecit, debent esse civitatis, sive fuerit post mortem, sive ante mortem.
4. Quod portent dativos denarios pro tallia sua, quia camerarii debent eligere.

VII, 1348⁵.

Anno^c x^olviii^o in festo ascensionis Domini⁶ hec pronunciarunt:

1. Quod nullus ferat arma occulte vel manifeste, sub pena iii mr. argenti^d.

^a S. 6. ^b *Dieser und die folgenden Artikel sind größer geschrieben und mit Raum zur Ausfüllung, wie sie denn auch lediglich als Andeutungen anzusehen sind.*

^c S. 7. ^d *Urspr. Lub.*

¹ Burmeister S. 4. Mekl. Urkb. X, Nr. 6762.

² Mai 10.

³ Burmeister S. 4. Mekl. Urkb. X, Nr. 6798.

⁴ Nov. 11.

⁵ Burmeister S. 4. Mekl. Urkb. X, Nr. 6851.

⁶ Mai 29.

2. Quod nullus proiceat lastadien in portum, sub pena corporis et rerum suarum.

3. Quicumque alium percusserit vel per crines traxerit aput danze in roseto vel ubicumque fuerint^a xx mr. argenti civitati emendabit.

4. Quod nullus emat in havena, sub pena iii mr. arg.

5. Quod unusquisque ante domum suam purget omni sabbato et non permittat stercora super listas suas, sub pena dimidii talenti.

6. Quod nullus custodiat extra civitatem equos, vaccas, porcos aut oves nocturno tempore, sub pena iii mr.

7^b. Quod non ponderant cum aliis ponderibus quam nunc equatis, sub pena iii mr.

8^c. Quod nullus accipiet bodas in Skanore ante Jacobi¹, sub pena iii mr. arg.

9. Omnia alia arbitria volunt, quod observentur, sub penis prius asscriptis.

10. Qui illi sint, in quibus justitia debeat queri.

11. Quod bysprakent libertates civitatis.

VIII, [1349]. Vorläufige Aufzeichnung².

Memoretur^d in proximo civiloquio:

1. Quod inhibeantur domine, ne vadant in nupciis de homine ad hominem salutantes et alloquentes eos, quod sint leti etc.

2. Item quod domine specialiter non invitentur ad nupcias, sed sufficiet, quod conjunx invitetur.

3. Item si aliquis consulum in obsequio civitatis facto offenditur, quod reus emendabit.

^a ubicumque fuerint *ist später (nach 1353, s. XVII § 16, und vor 1356, s. XXI § 16) geändert in in nupciis.* ^b § 7 *wahrscheinlich nachträglich eingeschoben.* ^c § 8 *steht zu Ende dieser Bürgersprache, durch (gleichzeitige?) Leitungsstriche an diese Stelle gewiesen.* ^d S. 8.

¹ Juli 25.

² Burmeister S. 5. Mekl. Urkb. X, Nr. 6851 § 12 ff.

IX, 1349¹.

Anno x^olix^o in festo ascensionis Domini² hec pronu[n]ciaverunt :

1. Quod vigilant, ubi deputantur ad vigilandum.
2. Quod sint obedientes illis iiii^{or}, qui sunt deputati.
- 3^a. Quod unusquisque sit benivulus ad resistendum.
4. Quod habeant arma in parato ad defensionem.
5. Quod domini volunt facere videre arma.
- 6^b. Qualiter rex est inimicus domini nostri.
7. Quod igitur videant, quorsum ambulent.
8. Qualiter rapine fiunt ante portam.
- 9^c. De mensuris et ponderibus.
- 10^d. Quod nullus habeat speciales pastores in pascuis civitatis.
- 11^e. Quod nullus de nocte pascat extra.
12. Quod bysprakent libertates civitatis.
13. Quod omnia alia arbitria volunt teneri.
14. Qui sint, in quibus jus queri debeat.

X, 1349³.

Anno x^olix^o sabbato ante Martini⁴ hec pronunciaverunt domini mei civibus suis:

1. Primo quod quolibet anno cives debent talliare, m[ediocres]^f et ill[ustres]^g, infra oct[avas] Martini⁵ sub pena iiii^{or} solidorum Lubicensium, in quibus nichil dimittetur.
2. Item quod nullus ducat ad stagnum humulum, qui solet vendi hic in foro, sub pena iii mr. argenti.
3. Item quod nullus emat annonam, antequam veniant intra iiii^{or} angulos sive acies.

^a § 3 hinter § 8; Ordnung gemäß dem Leiter. ^b § 6 gestrichen.
^c § 9 nach § 13, hinter § 11; Ordnung nach dem Leiter. ^d § 10 nach § 13; Ordnung nach dem Leiter.
^e § 11 nach § 13 hinter § 10; Ordnung nach dem Leiter. ^f S. 9. ^g m et ill mit Abkürzungszeichen, über gestrichenem ante Martini.

¹ Burmeister S. 5. Mehl. Urkb. X, Nr. 6968.

² Mai 21.

³ Burmeister S. 6. Mehl. Urkb. X, Nr. 7005.

⁴ Nov. 7.

⁵ Nov. 12—18.

XI, 1350¹.

Anno quinquagesimo feria quinta ante Letare² domini mei hec pronunciaverunt de lobio civibus nostris:

1. Primo quod nulla civium nostrarum, sive sit puella sive domina, debet aliquo modo ferre bōrdas super aliquibus vestimentis, sub pena trium mr. arg.

2. Item nullo modo ferant krispeleken de auro vel argento, sub pena supradicta.

3. Item nullo modo ferant pannos, quibus aurum vel argentum sit intextum, sub pena predicta.

4. Item nulla domina sive puella ferre debet cericeos pannos, nisi pater^a vel ipsa aut provisor seu maritus talliet pro l marcis Lubicensibus, sub pena supradicta.

5. Item nullo modo ferant varium opus ad vestimenta, nisi provisos seu mariti earum tallient pro l marcis Lubicensibus, sub pena supradicta.

6. Item nullus civium nostrorum aliquo modo debet hospitare aliquos Judeos hospites, sub pena decem marcarum argenti.

7. Item^b quod nullus civium nostrorum permittat aliquem hospitem in domo sive in hereditate sua braxare seu brasiare, sub pena x mr. argenti, in qua pena nichil remittetur.

8. Item nullus civium nostrorum^c aliquo modo ferat^d arma sive trusalia^e hic in civitate, sub pena trium mr. argenti.

9^f. Item nullus hospitem debet ferre arma hic in civitate; quod si faceret, hospes suus deberet civitati emendare iii mr. arg.; quare unusquisque premuniat suos hospites, quod dimittant arma sua in hospiciis suis.

10. Item nullus clericorum ferat hic in civitate arma; quod si faceret, vellemus accipere in subsidium superiores suos et ipsum comescere; eciam si aliquod incommodum sibi de illo eveniret, illud nobis conqueri non deberet.

^a pater *wol gestrichen, das folgende vel aber nicht.*

^b S. 10.

^c *Anfänglich war fortgefahren* aut hospitem, clericorum aut laicorum.

^d ferant.

^e sive trusalia

über der Zeile.

^f *In der Mitte dieses Paragraphen steht am Rande* item lecen^a (= licencia?) debet esse extra.

¹ Burmeister S. 6. Mehl. Urkb. X, Nr. 7056.

² März 4.

11^a. Item de puerperiis et purificationibus volunt tenere, ut prius est mandatum.

12. Item hec volunt facere scribi et assere affigi in pretorio.

XII, 1350¹.

Anno suprascripto dominico die ante Margarete² domini mei hec civibus suis pronunciauerunt:

1. Primo quod quicumque aliquem deprehenderit cum veneno ita, quod legitime devincitur, illi volunt domini mei dare xx mr. Lub.

2. Item^b unusquisque potest^c secure querere in domibus et angulis, ubicumque voluerit, alicujus contradictione non obstante.

3. Item domini mei mandant sub pena ...^d, quod domine non debent de cetero intrare domum, ex qua aliquis mortuus est, quando veniunt de ecclesia post sepulturam, ad conquerendum et plangendum mortuum et sepultum.

4. Simili modo dictis vigiliis non intrabunt domum funeris ad querulandum, sub pena supradicta; et ill[e]^e domine, que sedent^f in domo, dictis vigiliis exhibunt sine querulacione.

5. De Judeo, quod si deprehenditur in vel ante civitatem, sine licencia debet arestari.

6. Quod nullus accipiat bodas in Skania ante Jacobi.

7. De littera contra pestilenciam etc.

XIII, 1351³.

Anno Domini m^o.ccc^o.l primo in crastino circumcisionis Domini⁴ hec infrascripta domini mei civibus de lobio pronunciauerunt:

1. Primo post communia civiloquia

2. Quod non habeant plura fercula in nupciis quam quatuor fercula, sub pena x mr. argenti.

^a § 11 folgt nach § 12; Ordnung gemäß dem Leiter.

^b S. 11.

^c potest potest.

^d Rasur; es scheint ge-

schrieben gewesen zu sein: iii mrc.

^e illi.

^f sedent

über ein nicht gestrichenes sunt geschrieben.

¹ Burmeister S. 7. Mekl. Urkb. X, Nr. 7096.

² Juli 11.

³ Burmeister S. 7. Mekl. Urkb. XIII, Nr. 7404.

⁴ Jan. 2.

3. Quod non dabunt pullos cum klotvysche; sed si volunt dare pullos, debent esse incisi et divisi.

4. Quod non plures vestient se simul ad nupcias, quam iiii^{or} ex latere sponsi et iiii^{or} ex latere sponse.

5. Quod unusquisque personaliter vigilet, ubi ponitur ad vigilandum, sub pena x mr. arg.

6. Quod nullus currat ad ignem, nisi ad hoc munitus, quod possit juvare, quod extingwatur.

7. Quod^a nullus aliqua bona extra ferat de domibus civibus tempore incendii, nisi statim in weram representet vel ubi mansit demonstret; quod si cum aliquibus, que tacite retinet, reprehenditur, licet sit modicum, volunt iudicare in supremum suum.

8. Quod volunt omnia arbitria tenere de nupciis, ut sunt conscripta.

XIV, 1351¹.

Anno 1^o primo in festo ascencionis Domini² hec infrascripta domini mei pronuciaverunt:

1. Primo communia civiloquia in principio libri.

2. Deinde, quod nullus habeat speciales pastores.

3. Quod nullus custodiat tempore nocturno extra civitatem equos aut talia, sub pena iii mr.

XV, 1351³.

Anno Domini m^o.c^o.c^o.c^o. 1^o primo in dominica post beati Mattei^{b 4} hec infrascripta domini mei consules de lobio mandaverunt sub infrascriptis penis firmiter observanda:

1. Primo communia.

2. Quod nullus civium nostrorum emat tunnas ulterius vendendas; eciam si de stagno aut aliunde lagenas portaverit, non dabit ipsas carius, quam doliatores ipsas dare sunt arbitrati; pena est iii mr. arg.

^a S. 12.

^b *Anfangs war geschrieben crastino beati Landberti (Sept. 18).*

¹ Burmeister S. 8. Mekl. Urkb. XIII, Nr. 7471.

² Mai 26.

³ Burmeister S. 8. Mekl. Urkb. XIII, Nr. 7516.

⁴ Sept. 25.

3. Quod omnes, qui jam emerunt vel de cetero ement humulum ulterius vendendum, debe[n]t^a ipsum habere venalem in saccis in publico foro, et non in^b lobiis aut in granariis, preter Wismariensem humulum, sub pena trium mr. arg.

4. Quod domini mei muniant cives et hospites, quod non permisceant Disteloweschen humulum cum aliquo alio humulo, sed per se ipsum vendant inpermixtum, sub pena juris; quod si aliquis faceret, vellent humulum et venditorem secundum quod jus diceret judicare.

5. Quod nullus solvere faciat saccum vel prebeat, quod dinghent dicitur, vel emat aliquo modo annonam, antequam venerit in quatuor angulos sive acies, örde dictos, sub pena x solidorum, in quibus unicus denarius non dimittetur; sed quicumque aliquem accusaverit ita, quod hoc emendet, de illa emenda volunt consules dare unum solidum accusanti.

6. Quicumque horum articulorum aliquem fregerit extra civitatem sive extra valvam, ille duplicem dabit emendam.

7. Quod ubicumque in curru annona emitur, non plures quam unus aut duo optinebunt unum plaustrum, videlicet ille qui primus ad empcionem venerit, et de omnibus aliis, qui post primum advenerint, nisi unus solus, sub pena iii mr. argenti; si plures quam duo fuerint, veniant ad proconsules, quod disbrigentur.

8. Quod^e feria tertia¹ panniscide debent sortilegiare.

9. Quod alii debent sortilegiare super pretorium secundum consilium camerariorum.

10^d. De nupciis [et]^e puerperiis.

11^d. Quod velint securare et conducere.

12. Quod volunt tenere omnia ipsorum antiqua arbitria.

13. Quod, ex quo tempora sunt bona, braxent et pistent secundum exigenciam temporis.

14. Quod interdicunt, byspraken, libertates civitatis^f.

^a debet.

^b S. 13.

^c S. 14.

^d §§ 10, 11,

*oben am Rande nachgetragen; gemäß Verweisung eingeordnet.
Die Bürgersprache ist auch sonst absatzweise aufgezeichnet.*

^e et fehlt.

^f ³/₄ Seite frei geblieben.

¹ Sept. 27.

XVI, 1352¹.

Anno^a Domini m^occc^olii^o in die decollacionis Jo[hannis] baptiste² domini mei pronunciauerunt:

1. Primo communia civiloquia, que communiter et cotidie pronunciantur.

2. Item secundo, quod nullus debet emere annonam extra valvas aut in plateis aut in portu, sed intra iiii^{or} angulos et in fovea, sub pena trium marcarum argenti.

3. Item, quod nullus preemptor preemere debet annonam infra hinc et festum omnium Sanctorum³, sub pena iii marcarum argenti.

4. Tercio, quod nullus emet aliqua bona intra civitatem vel in jurisdictione civitatis cum pecuniis hospitem, sub pena iii mr. argenti.

5. Item, quod omnes ementes et vendentes super Livonicum talentum nullibi ponderant nisi supra libra civitatis, sub pena iii marcarum argenti.

6. Item, quod unusquisque faciat equare mensuras suas et pondera sua sine timore et sine excessu.

7. Item, quod nullus civium nostrorum aliquas injurias, vulgarter^b schelinghe, habens, quas obticere potest, extra partes queruletur^c; sed cum domi hic venerit, accipiet, quod dictat ordo juris Lubicensis, sub pena predicta.

8. Item, quicumque alium percusserit vel per crines traxerit in^d danze in roseto, vel ubicumque fuerit, xx marcas argenti emendabit.

9. Item, quod sabbatis unusquisque mundet ante domum suam, et caveant, ne stercora proiciant ad rennam, quando pluit.

10. Item, quod nullus ferat arma in civitate sive trusalia publice vel occulte, sub pena iii marcarum argenti.

11. Item, quod domini mei volunt facere videre arma.

12. Item omnes, qui jam emerunt humulum vel de cetero ement ulterius vendendum, debe[n]t^e ipsum habere venalem in saccis in publico foro, et non in lobiis vel granariis, preter Wismariensem humulum, sub pena trium mr.

^a S. 15.

^b vulgarter.

^c S. 16.

^d Zuerst:

aput.

^e debet.

¹ Burmeister S. 9. Mekl. Urkb. XIII, Nr. 7652.

² Aug. 29.

³ Nov. 1.

13^a. Quod dent redditus de humuletis, antequam de fructibus se intromittant, sub pena unius talenti.

14. Item, quod unusquisque talliet pro omnibus [bonis]^b suis. Quod si non fecerit, bona illa, pro quibus non satisfecerit, debent esse civitatis, sive fuerit ante mortem, sive post.

15^c. Item, quod cives debent talliare quolibet anno infra oct. . . .

XVII, 1353¹.

Anno^d Domini m^o.ccc^ol^o. tercio in die sancto ascencionis Domini² domini mei pronunciaverunt et indicaverunt de lobio civibus nostris:

1. Primo civiloquia communia.

2. Item, quod nullus habeat speciales pastores neque diurno neque nocturno tempore, sub pena iii mr. argenti; pastor custodiens de nocte et equi debent ante omnia poni ad domum preconis.

3. Item, quod nullus proiciat lastadien in portum hujus civitatis, sub optentu vite sue et bonorum suorum.

4. Item, quod nullus franget pontem vel plateam seu exaltet vel deprimet, vel aliquod novum edificium edificet, nisi cum consilio dominorum consulum, sub pena trium marcarum argenti.

5. Item, ubi stercora, quando pluerit, ad ronnam portantur vel proiciuntur, hospes hoc emendare debet cum tribus marcis argenti et familiaris ejus, qui facit, cum dimidio talento.

6. Item, quod dent redditus de humuletis, antequam fructus deportant, sub pena unius talenti.

7. Item^e, nullus debet emere ligna edificiorum, nisi venerint intra muros, et cum intra muros venerunt, postquam jacuerunt in tercium diem, nisi ipsa ad suum proprium edificium habere voluerit.

8. Item, quod nullus emat ligna combustilia infra hinc et festum Jacobi majoris³, nisi ipsa ad suum proprium usum habere voluerit, sub pena iii marcarum argenti.

9. Item, quod nullus emet aliqua bona intra civitatem vel in jurisdictione civitatis cum hospitem pecuniis, sub pena iii mr. argenti.

^a § 13 steht hinter § 15, aber mit Verweisung.

^b bonis fehlt.

^c § 15 unfertig und gestrichen.

^d S. 17.

^e S. 18.

¹ Burmeister S. 10. Mehl. Urkb. XIII, Nr. 7766.

² Mai 2.

³ Juli 25.

10. Item, quod nullus promercator hospitem ad hospitem portat ad emendum ab eo bona sua, sub pena trium marcarum argenti.

11. Item, quod omnes bona ab hospitibus ementes ipsa eis curialiter exsolvant ita, quod querimonie de ipso non fiant, sub pena trium marcarum argenti.

12. Item, quod nullus aliqua bona, quali[a]cumque^a fuerint, emat extra valvas civitatis, sub pena trium marcarum argenti.

13. Item, quod nullus ferat arma sive trusalia in civitate, sive publice vel occulte, sub pena trium marcarum argenti.

14. Item, quod omnes ementes et vendentes super Livonicum talentum nullibi ponderent nisi supra libram civitatis, sub pena iii marcarum argenti.

15. Item^b, quod nullus civium nostrorum aliquas injurias, scheinliche dictas, quas opticere [potest]^c, extra partes querulatur; sed cum hic domi venerit, accipiet, quod dictaverit ordo juris.

16. Item, quicumque alium percusserit vel per crines traxerit aput coream in roseto vel ubicumque alias fuerit, viginti mr. argenti civitati emendabit.

17. De nupciis et puerperiis, quod volunt tenere ut prius.

18. Ex quo tempora sint bona, quod braxent^d et pistent secundum tempus.

19. Quod bispraken libertates civitatis.

20. Quod volunt omnia antiqua arbitria et statuta prius pronunciata servare, preter illud arbitrium, quod, quando major pars creditorum alicui debitori diem d[e]derit^e, quod extunc eciam minor pars diem dabit^f. Hoc revocando contradixerunt et ammodo pro nullo arbitrio habere volunt^g.

XVIII, 1353¹.

Anno Domini m^occc^ol^{ij}ij^o dominica die post omnium Sanctorum² domini mei hec^h civibus suis de lobio pronunciaverunt:

^a qualicumque.

^b S. 19.

^c potest *fehlt*.

^d *Letzte Silbe auf Rasur.*

^e *diderint.*

^f *dabit.*

letzte Silbe auf Rasur.

^g *Anfangs war nach § 2 ein*

besonderer Artikel über den Widerruf dieses Statuts entworfen, ist aber bei der Schlußredaktion gestrichen.

^h *h mit übergeschriebenem c, sonst für hoc.*

¹ Burmeister S. 11. Mekl. Urkb. XIII, Nr. 7830.

² Nov. 3.

1. Primo civiloquia communia.

2. Sed specialiter, quod, ex quo temporalia se melioraverunt, quod tabernatrices debent^a dare stopam cervisie pro iii^{or} den. et quartale plenum pro uno denario, sub pena trium marcarum argenti.

3. Item, quod qui portant humulum de Distelowe vel Rutenbeeke vel alias^b ex partibus Slavie, quod videant, quod sit inmixtus; quod si secus fuerit, debent esse deperdita bona, et volunt humulum et venditorem judicare secundum quod dictaret ordo juris.

4. Item, quod nullus debet emere annonam extra valvas aut in plateis aut in portu, sed intra iii^{or} angulos et in fovea, sub pena trium marcarum argenti.

5. Item, quod nemo debet emere argentum vel grossos denarios vel sterlingos, nisi prius prebeantur in monetam dominis monetariis, sub pena trium marcarum.

6. De nupciis et puerperiis volunt tenere ut prius.

7. Quod unusquisque faciat equare modios et mensuras suas.

8. Quod^e videant, ubi ponunt igniciones suas.

9. Quod volunt tenere omnia antiqua arbitria et statuta.

10. Quod byspraken libertates civitatis.

11. Quod volunt securare et conducere, quod unusquisque videat, cui accomodet.

XIX, 1354¹.

Anno Domini m^occc^ol. quarto in die sancto ascencionis Domini² hec^d subscripta domini mei intimaverunt de lobio civibus eorum per eos observanda:

1. Primo communia civiloquia, que continentur in primo hujus libri folio.

2. Item, quod nulla domina, que^e debet parere, in partu sua plures rogatas dominas habere debet vel vocare^f quam decem nec eis aliquas expensas facere, nisi eo tempore, quo vocat[e]^g sunt ad partum, (sub^h pena trium marcarum argenti).

^a S. 20.

^b al mit Abkürzungszeichen.

^c S. 21.

^d hec wie XVIII Einl.

^e que auf Rasur.

^f vocare

ursprünglich aduocare.

^g vocati.

^h sub bis argenti

nachgetragen.

¹ Burmeister S. 12. Mehl. Urkb. XIII, Nr. 7947.

² Mai 22.

3. Item, si plures mulieres vel domine advenerint non vocat^a, ille emendabunt hoc civitati cum dimidio talento.

4^b. Et cetera alia consueto more.

XX, 1355¹.

Anno^c Domini m⁰ccc⁰lv⁰ in die sancto ascencionis Domini² domini mei hec^d subscripta de lobio intimaverunt:

1. Primo communia consueto more, que in primo folio hujus libri continentur.

2. Item, quod nemo emat ligna nisi ad suum proprium usum ante Jacobi³.

3. Item de amis.

4. Et cum hoc ultima communia, videlicet de puerperiis et nupciis et alia statuta, ut prius intimata sunt observanda.

XXI, 1356⁴.

Anno Domini millesimo ccc⁰l sexto dominica die post festum ascencionis Domini⁵ hec infrascripta domini mei consules, novi et veteres, de lobio sub certis infrascriptis penis observanda decreverunt intimare:

1. Primo consueta communia, que in primo hujus libri folio continentur.

2. Item, quod nemo speciales pastores neque de die neque de nocte habere debet extra civitatem, sub pena trium marcarum argenti.

3. Item^e, quod nullus aliquem maleficum aut profugum pro maleficio [detineat]^f aut ipsum juvet secrete vel occulte, quod deveniat vias suas, sub pena x marcarum argenti.

4. Item, quod nullus proiciat lastadien in dep hujus civitatis, sub pena vite et bonorum suorum.

^a *Urspr.*: vocati.

^b § 4 nachgetragen.

^c S. 22.

^d hec abgekürzt wie in XVIII Einleitung.

^e S. 23.

^f detineat fehlt. Vgl. II § 2.

¹ Burmeister S. 12. Mekl. Urkb. XIII, Nr. 8086.

² Mai 14.

³ Juli 25.

⁴ Burmeister S. 12. Mekl. Urkb. XIV, Nr. 8232.

⁵ Juni 5.

5. Item, quod nullus frangat pontem sive plateam vel exaltet vel deprimet, vel aliquod novum edificium edificet aput plateam, nisi cum consilio consulum, sub pena trium marcarum argenti.

6. Item, quod nisi tres cives nostri habentes suum proprium panem habeant unam bodam in Schanøre, sub pena iii marcarum argenti.

7. Item, quod nullus civium nostrorum in Schanore aliquam discordiam inter cives nostros ortam aliquibus aliis intimet^a vel queruletur^b nisi advocatis nostris, sub pena trium marcarum argenti.

8. Item, quod unusquisque purget ante domum suam omni sabbato, et non permittat stercora jacere super listas (sub^c pena dimidii talenti), nec stercora, quando pluerit, proiciat ad ronnam, sub pena trium marcarum argenti.

9. Item^d, quod unusquisque talliet pro bonis suis, prout valent; si quis hoc non fecerit, domini volunt judicare, ut dictat ordo juris. Eciam si post mortem alicujus invenerint, quod mortuus non satisfecit, volunt cum heredibus suis bona dividere et tantum accipere, ut est juris et ut in vita sua accepisse voluissent.

10. Item, quod dent redditus de humiletis et de sortibus agrorum, antequam fructus deportant, sub pena unius talenti.

11. Item, quod omnes ementes bona ab hospitibus ipsa eis curialiter solvant, ita quod querimonie de eo non fiant, sub pena trium marcarum argenti.

12. Item, quod nullus inscidet pannos vel cum panniscidis aliquam habeat societatem, nisi sortilegiet super pretorium, sub pena trium marcarum argenti.

13. Item, quod nullus institor debet alios pannos inscidere preter antiquitus consuetos, ut sunt Yrener, swesterdok, berwer, sagen, tirleteyer, Spiresch et Sardok, sub pena trium marcarum argenti.

14. Item^e, quod nullus sartor, institor vel pannirator aliquam cum panniscidis habeat societatem, sub pena iii marcarum argenti.

15. Item, quod nullus emat annonam extra valvam aut in plateis aut in portu, sed intra quatuor angulos et in fovea, vel alia bona, sub pena trium marcarum argenti.

^a intiment. ^b querulentur. ^c sub — talenti *unten*
am Rande, nachdem erst dimidium talentum *übergeschrieben*
war. ^d S. 24. ^e S. 25.

16. Item quicumque alium percusserit vel per crines traxerit apud danze in roseto vel in nupciis, xx mr. argenti emendabit.

17. Item, quod nemo debet emere argentum vel grossos vel sterlingos, nisi prius prebeantur in monetam dominis monete.

18. Item, quod nemo civium nostrorum aut hospitem debet navigare cervisiam Wismariensem ad alienam cervisiam, et quod nemo huc in portum nostrum plus aliene cervisie portare navigio debet, quam ad sua propria pocula indigebit, sub pena x marcarum argenti, (cum^a perdicione aliene cervisie).

19. Item, quod in nulla domo hic in civitate plures cervisie braxari debeant in qualibet septimana quam due cervisie, sub pena iii mr. argenti.

20. Item^b, quod nemo nemini alteri debet accomodare domum suam ad braxandum^c vel pro pecunia ad unam, duas vel tres cervisias braxandas prohurare, sub pena trium marcarum argenti.

21. Item, quia multa incommoda sunt ex diversis braxatoribus, et ergo, quando duo, quicumque fuerint, volunt se simul conjactare ad braxandum hic in civitate, extunc quilibet illorum debet semper in proprio habere quinquaginta marcas Lubic. denariorum, de quibus quilibet illorum per se satisfacere poterit civitati, et ad hoc debent sibi domum propriam perhurare et conducere, sub pena iii marcarum argenti.

22^d. Item quicumque a se puerum suum vel amicum suum matrimonialiter desponsaverit, debet donaciones dandas propter nupcias preter vestes tenere et dare in hunc modum:

a. Primo, quod, quicumque dederit^e puero suo vel amico suo nomine dotalicij cccc marcas Lubicensium denariorum vel ultra, debet eidem puero suo vel amico dare suppellectilia, ynghedōme dicta, quinquaginta marcarum Lubicensium^f denariorum et nichil supra vel ultra, et debet in electione esse dantis, utrum libencius sponso dare velit utensilia, ynghedōme dicta, vel pecuniam prenarratam, videlicet l marcas Lub. denariorum. Item dare debet eidem puero suo vel amico suo unam fibulam ad pater noster de uno talento Lubicensi, sub pena x marcarum argenti.

^a cum — cervisie in abweichenden Schriftzügen unten am Rande. ^b S. 26. ^c branxandum. ^d § 22
ist gestrichen. ^e dederit dederit. ^f S. 27.

- b. Item, si quis dederit nomine dotalicii puero suo vel amico suo ccc marcas Lub. denariorum, dabit eidem puero vel amico suo ynghedōme de quadraginta marcis Lub. denariorum et supra non neque ultra, et eciam stabit ad dantem, utrum libencius sponso dare velit utensilia, ynghedōme dicta, vel pecuniam prenarratam, videlicet xl marcas. Item dare debet eidem puero vel amico suo una[m]^a fibulam ad pater noster de una marca Lubicensi, sub pena x marcarum argenti.
- c. Item quicumque dederit puero vel amico suo nomine dotalicii ducentas marcas Lub. denariorum, dabit eidem puero vel amico suo ynghedōme de xxx marcis Lub. denariorum, et stabit ad electionem dantis, utrum libencius sponso dare velit dictum ynghedōme vel^b pecuniam prenarratam, videlicet xxx marcas. Item dare debet eidem suo puero vel amico unam fibulam de xii solidis Lubicensium denariorum, sub pena [x]^c marcarum argenti.
- d. Item, si quis dederit nomine dotalicii puero suo vel amico suo centum marcas Lub. denariorum, dabit eidem ynghedōme xx marcarum Lub. denariorum, et non ultra neque supra, et stabit in electione dantis, utrum libencius sponso dare voluerit ipsum ynghedōme vel pecuniam prenarratam, videlicet xx marcas Lub. denariorum. Item dare debet eidem puero vel amico suo unam fibulam ad pater noster de viii solidis Lubicensium denariorum, sub pena x marcarum argenti.
- e. Item, si quis dederit puero suo vel amico suo nomine dotalicii quinquaginta marcas Lub. denariorum, dabit eidem puero vel amico suo ynghedōme x marcarum Lub. denariorum, et non ultra neque supra, et stabit in electione dantis, utrum sponso libencius dare voluerit ipsum ynghedōme vel pecuniam prenarratam, videlicet x marcas. Item dare debet eidem puero vel amico suo vna[m]^d fibulam de^e quatuor solidis Lub. denariorum ad pater noster, sub pena x^f marcarum argenti^g.
23. Item^h, quod nemo loquatur super dominos vel principes vel bonos homines malum, sub pena x marcarum argenti.

^a vna.^b S. 28.^c iii.^d vna.^e S. 29.^f x auf Rasur, urspr.: iii.^g argenti urspr. puri.^h Von hier an nachlässiger geschrieben.

24. Item nemo dabit puero suo vel amico suo scarlaticas^a vestes, nisi dederit ei dotalicium ccc marcarum Lub. den., sub pena x marcarum argenti; et^b infra hanc pecuniam nemo dabit scarlaticum pannum. Item^c dare debet eidem unum monile non melius quam due marce puri^d argenti, et non meliora tenacula, mowenspanghen dicta, quam una marca puri argenti, sub pena x marcarum argenti.

25. Item nemo dabit puero suo vel amico varium opus ad sufforraturam vestium, nisi dederit ei dotalicium quinquaginta marca[rum]^e Lub. denariorum et supra, sed non infra. Et^f quod nulla ferat, nisi provisor vel maritus earum talliet pro l marcis.

26. Item quicumque viderit vel invenirit aliquem servum^g dravende cum onerato curru in plateis, potest eum licite expignerare^h super vi den.

27. Item de nupciis et puerperiis volunt tenere, ut prius sepius est intimatum.

28. Item, quod volunt omnia antiqua statuta et arbitria tenere et servare, ut prius mandata sunt.

29. Item, quod, ex quo tempora bona sunt, quod braxent et pistent secundum exigenciam temporis.

30. Hii sunt de lobio intimandi, videlicet domini Her. Walmerstorp, Her. Rikelant, Willekinus Witte, Hinr. Stetin, Lubbertus Swarte et Hinr. Ghunter.

XXII, 1357—1360¹.

Deⁱ anno Domini m^occc^o lvii, lviii, lix et lx communia in primo [folio]^k sunt intimata cum quibusdam aliis, que pendent in publico consistorio.

^a c und t sind fast nie zu unterscheiden. ^b Hier war versehentlich ein neuer Paragraph begonnen, Rasur.

^c § 24 ist von hier an getilgt. ^d puri am Rande.

^e marcas. ^f Das Ende des Paragraphen am Rande.

^g S. 30. ^h expignere, abgekürzt. ⁱ Von anderer

Hand. ^k folio fehlt.

¹ Burmeister S. 15. Mehl. Urkb. XIV, Nr. 8341.

XXIII, 1361—1364¹.

De^a anno Domini m^occc^olxi, lxii^o, lxiii et lxiiii^o nulla specialia fuerunt intimata, sed tantum communia, que continentur in primo folio, etc.

XXIV, 1365².

Anno Domini m^occc^olx^o quinto in festo ascensionis Domini³ hec infrascripta fuerunt per dominos meos de lobio intimata:

1. Primo omnia communia, que in primo folio hujus libri continentur.

2. Item, quod nullus proiciat lastidien^b in portum hujus civitatis, sub pena antiqua.

3. Item, quod nullus navigio vel per currus ducere debet cervisiam^c Wismariensem ad civitatem Lubicensem vel in eorum districtum ad vendendum ibidem vel ad dandum ibidem alicui, sub pena trium marcarum.

4. Item, quod in nulla domo hic in civitate in qualibet septimana plures cervisie braxari^d debent quam due tantum, sub pena trium marcarum argenti.

5. Item, quod nullus nemini alteri debet accomodare domum suam vel perhurare pro pecunia vel gratis ad braxandum, sub pena trium marcarum argenti.

6. Item, quando^e duo volunt se simul ponere vel jactare ad braxandum hic in civitate, quilibet illorum debet semper in proprio habere quinquaginta marcas Lubicensium denariorum, de quibus satisfaciet civitati; et ad hoc debent domum propriam conducere et hurare, si poterunt, sub pena trium marcarum argenti.

7. Item, quod quilibet civis debet celebrare a labore suo et braxatura sua a hora vesperarum sabbati usque ad horam vesperarum dominice die[i]^f, et nullus debet inter has horas ignem habere in der darne^g vel facere haurire aquas ad braxandum; et istud similiter facient et tenent aliis diebus celebribus, sub pena x solidorum.

^a S. 31, wieder von der früheren Hand.

^b So.

^c Die ersten Silben auf Rasur.

^d S. 32.

^e qui-

cūdo.

^f die.

^g S. 33.

¹ Burmeister S. 15. Mekl. Urkb. XV, Nr. 8882.

² Burmeister S. 15. Mekl. Urkb. XV, Nr. 9355.

³ Mai 22.

8. Item, quod unusquisque debet purgare plateam suam ante domum suam omni sabbato, nec debet, quando pluerit, stercora proicere ad ronnam nec stercora sua facere jacere super listam nec stercora sua ferre vel proicere ante domum vicini sui, sub pena x solidorum.

9. Item, quod nemo cum curribus oneratis vel vacuis debet draven in plateis, sub pena x solidorum.

10. Item, quicumque servus vel ancilla se duobus dominis vel dominabus duabus ad serviendum tradiderit, ille vel illa debet [esse]^a extra civitatem diem et annum.

11. Item, quod omnes ementes ab hospitibus ipsis curialiter persolvant, ut querimonie non fiant, sub pena trium marcarum.

XXV, 1371 und 1372¹.

Anno^b Domini m^occc^olxxi^c in vigilia ascencionis Domini² stauerunt domini mei consules hec infrascripta:

1. Primo omnia communia civiloquia, ut notum est, teneantur.

2. Item, quod nemo loquatur super dominos, principes et dominas malum, sub pena x marcarum.

3. Item, quod, quicumque nocte vel die ad vigilandum per se in^d propria persona ordinatus fuerit, vigilet, sub pena trium marcarum argenti.

4. Item, quod unusquisque habeat sua arma in prompto, quia domini consules volunt circuire et arma civium videre; et si quis non habuerit, domini consules volunt sibi de propriis suis comparare, et cum hoc civitati tres marcas puri emendabit.

5^e. Quod unusquisque videat, quem hospitet^f.

6. Quod nullus ferat arma et trusalia, sub pena iii marcarum argenti.

7. Si aliquis pro maleficio^g efficitur profugus et si non vult teneri et in fuga vulneratur vel interficitur, ille qui hoc facit pro eo nullam penam pacietur; et si aliquis adest, qui potest, et talem pro-

^a esse fehlt.

^b S. 34, von neuer Hand.

^c Mög-

licherweise ist die i später hinzugesetzt, wie übergeschrieben ist: et secundo.

^d in in.

^e Von § 5 an später

niedergeschrieben.

^f Es war versehentlich mit quod

fortgefahren.

^g malificio.

¹ Burmeister S. 16. Mehl. Urkb. XVIII, Nr. 10201.

² 1371 Mai 14, 1372 Mai 5.

fugum non impedit (et^a juverit, ut viis suis currat), civitati x mr. arg. emendabit et eo minor debet reputari.

8. Quod unusquisque videat, cui accomodat bona sua, quia domini consules volunt esse potentes sue securitatis.

9. Quod byspraken libertates civitatis.

10. Quod non^b proiciant^c lastadien in portum hujus civitatis, sub obtentu vite sue et bonorum suorum.

11^d. Item de pramonibus, qui debeant deportare lastadien pro competenti precio.

12. Quod nullus franget pontem vel plateam vel exaltet vel deprimet vel aliquod novum edificium edificet, nisi cum consilio dominorum consulum, sub pena trium marcarum arg.

13. Item, ubi stercora, quando pluit, ad rennam proiciuntur, hospes hoc emendabit cum tribus marcis arg. et familiaris ad domum preconis ponatur.

14. Quod nullus habeat speciales pastores neque nocturno neque dyurno tempore^e, sub pena iii mr. arg.

15. Item, quicumque alium percusserit vel per crines traxerit in coreis in orto rosarum^f vel in nupciis (et^g alibi in congregacionibus), emendabit xx mr. arg.

16. Item nullus emat aliqua bona cum hospitem pecuniis, sub pena iii mr. arg.

17. Quod nullus promercator hospitem ad hospitem portet ad emendum ab eo aliqua bona, sub pena iii marcarum arg.

18. Quod unusquisque talliet pro omnibus suis bonis; pro quibus non satisfecerit, sive fuerit ante mortem sive post, tollent ab eo, quod dictaverit ordo juris.

19. Item quivis custodiat suum ignem.

20. Item nemo debet sua blada in messe ponere ad domum sue habitacionis, sub pena iii marcarum.

21. Item, quod nullus vryeknecht magis tollet pro i lasta annone de pramene^h portanda quam octo denarios.

^a et—currat *über der Zeile.*

^b $\overline{\text{no}}$ *über der Zeile.*

^c proiciat.

^d S. 35, *nochmals zu anderer Zeit geschrieben.*

^e *Der Schreiber hatte zuerst mit custodiens fortgefahren.*

^f ros.

^g et—congregacionibus *über der Zeile, die letzten beiden Worte mit anderer Tinte.*

^h So.

22. Quod nullus vector pro i lasta vehenda magis tollet quam octo den.

23. Item de octo mensuratoribus annone ponendis.

24. Quod unusquisque faciat equare mensuras et pondera sua sine timore et sine excessu (si^a aliquis inventus fuerit cum falso pondere vel falsa mensura, domini consules hoc judicare voluerint, ut ordo juris dictaverit).

25. Item nominentur consules.

26. Et^b de pistoriis et de cervisia.

XXVI, 1373¹.

Anno^c Domini m^occc^olxxiii in vigilia ascencionis Domini² statuerunt domini mei consules hec infrascripta:

1. Primo omnia communia civiloquia, ut notum est, tenentur.

2. Item, quod nemo loquatur super dominos et principes^d et dominas, virgines et personas ecclesiasticas (et^e alios probos homines) malum, sub pena x marcarum arg.

3. Item, quod, quicumque nocte vel die ad vigilandum per se in propria persona ordinatus fuerit, vigilet, sub pena trium marcarum arg.

4. Item, quod unusquisque habeat sua arma in prompto, quia domini consules volunt circuire et arma civium videre; et si quis non habuerit, domini consules volunt sibi de suis propriis comparare, et cum hoc civitati tres mr. arg. emendabit.

5. Item, quod nemo portat arma et trusalia, sub pena trium marcarum arg.

6. Item, quod unusquisque videat, cui accomodat bona sua, quia domini consules volunt esse potentes sue securitatis. (Et^f dicatur de conductu ulterius.)

7^g. Quod bispraken libertates civitatis.

^a si—dictaverit *mit derselben Tinte wie in § 15* in congregationibus *nachgetragen*.

^b *Vor et ist de ceruisia gestrichen.*

^c S. 36.

^d principes.

^e et—homines *späterer Zusatz.*

^f et—ulterius *nachgetragen.*

^g § 7 *ist durch nota und Verweisungszeichen wol später an die erste Stelle gewiesen.*

¹ Burmeister S. 17. Mekl. Urkb. XVIII, Nr. 10 443.

² Mai 25.

8. Item, quod non proiciant lastadien in portum hujus civitatis, sub optentu vite sue et bonorum suorum.

9. Item, ubi stercola, quando pluit, ad ronnam proiciuntur, hospes hoc emendabit cum tribus marcis arg. (servitores^a cum dimidio talento).

10. Item nullus debeat peregre proficisci sine consensu dominorum consulum.

11. Item, quod nullus emat ad manus hospitis aut cum hospitem pecuniis, sub pena trium marcarum arg.

12. Item^b, quod unusquisque faciat equare mensuras et pondera sua sine timore et excessu.

13. Item domini consules statuerunt,

a. Quod in dyurnis nupciis tantummodo ad lx scutellas expensarum debeat invitari, et non magis, sub pena x marcarum arg.; et domini consules volunt ad hoc unum juratum ordinare, qui ad hoc respiciat et non invitatos repellat.

b. Item, quando sponsus et sponsa sunt in thalamo positi, tunc expense in vesperis faciente non debent majores esse [nisi]^c ad x scutellas, sub pena x marcarum arg.

c. Item in vespertinis nupciis non debent plures invitari ad expensas nisi ad xx scutellas, sub pena x marcarum arg.

d. Item non debent plures esse, qui invitant ad nupcias, nisi duo ex parte sponsi et duo ex parte sponse cum uno scriptore; et ipso die, quando invitabitur ad nupcias, tunc non debent esse majores expense nisi cum illis quatuor invitatoribus, sub pena x marcarum.

e. Item nulle alie expense debent fieri, sive ante nupcias vel post, nisi ut premissum est, sub pena x marcarum arg.

f^d. De fistulatoribus.

g. Item expense in puerperiis faciente non debent esse majores nisi tantummodo ad x scutellas, sub pena x marcarum arg. (et^e viri non debent ibi comedere, sub pena x mr.).

^a servitores—talento *späterer Zusatz*.

^b S. 37.

^c nisi fehlt.

^d § 13 f am Rande, auch wol von *späterer Hand*, nicht aber von der, die § 2 und § 9 erweitert hat, eher von derselben, die in § 13 g tätig gewesen ist.

Durch Zeichen hierher gewiesen.

^e et—mr. von

späterer Hand? Vgl. Anm. ^d.

- h. Item domini consules volunt, quod predicta statuta inviolabiliter observentur et quod quilibet sequenti die, cum domini consules fuerint congregati in consistorio, jurabit coram ipsis ad sancta Dei, quod predicta statuta sunt per ipsum plenarie optenta.
14. De pistoribus.
15. Et nominentur consules.

XXVII, zwischen 1373 und 1380^{a 1}.

1. Item^b domini mei decreverunt, quod nulla ancilla serviens in tabernis debet portare pannos in capite, proprie dūke, necnon magnas tunicas necnon clenodia (et^c pater noster), non deaurata, ultra valorem quatuor solidorum, sed debebunt deferre capucia in capite. Et^d capucia debent habere unum rufum circulum^d, sub pena iii mr. argenti.
2. Item, quod nullus de civibus nostris debeat hospitare in bodis et habitacionibus suis presbiteros, clericos et scolares, nisi presbiteros qui habent hic investinghe et vitam suam ut boni presbiteri, et scolares qui visitant scolas, ultra x^e dies, sub pena x marcarum puri, (exceptis^f ambulatibus et peregrinis).
3. Item domini mei concorditer decreverunt et observari statuerunt, quod, quicumque opidanus vel opidana Wismariensis alium opidanum vel opidanam voluerit incusare vel contra eum causare, pro quacumque causa sit, hoc fieri debeat coram nostro jure Lubicensi et non alibi, et non debet hoc committere alicui spirituali; quod si aliquis contra fecerit, hic mansione sua in civitate ista perpetue carebit cum amissione et perdicione bonorum suorum omnium atque rerum.
4. Item^g, quod nullus debet transire in plateis post pulsum campane, nisi habuerit legitimum negocium; quod si aliquis compertus fuerit, hic debet clausure tradi et vinculis mancipari.

^a In vier Absätzen von der Hand Heinrichs v. Balsee, also kaum vor 1376, successive niedergeschrieben. ^b S. 38.

^c et pater noster, Zusatz von anderer Hand.

^d et—circulum gestrichen. ^e x verändert in tres.

^f exceptis—peregrinis, Zusatz von gleicher Hand, gleichzeitig mit § 3. ^g S. 39.

¹ Burmeister S. 19. Mehl. Urkb. XVIII, Nr. 10515.

XXVIII, 1380¹.

Anno octuagesimo:

1. Quod nullus promercator qualiacumque bona emere debeat (infra^a tres dies supra vorkoop, sub pena iii mr.).

2^b. Item, quod quilibet videat ad ignem suum, quod nullum de hoc dampnum eveniat. Et quicumque exercuerit agriculturam, nulli debet deferre annonam suam quam ad horrea, et non ad domos, sub pena trium mr.

XXIX, 1381².

Anno Domini m^occc^olxxx primo hec sunt statuta:

1. Primo omnia antiqua officia habencia sua lumina^c atque ghyldc, illa debent ipsa ulterius optinere, sicut eis a consilio indulta sunt et concessa. Insuper nullus alius debet habere convivia quomodo, et qui habet unum convivium, non debet esse in aliquo alio convivio, sub pena decem marcarum.

2. Item, quod servi et serve braxatorum et alii soluti homines non debent insimul habere ghyldc sive convivaciones^d, et nullus debet eis ad hoc concedere domum suam, sub pena x mr. puri.

3^e. Et nominentur consules intrantes.

XXX, 1382³.

Item^f anno lxxxii^o ascensionis Domini⁴ domini mei consules concorditer statuerunt:

1. Quod nullus in civitate ista edificare debeat ad curias bodas ad inhabitandum, quam ad publicam plateam, sub pena centum mr. argenti.

2. Et illi, qui jam edificaverunt in curias, debent edificia frangere

^a infra—marcarum *nachgetragen, die Strafbestimmung noch später.* ^b § 2 ist später niedergeschrieben als § 1.

^c lma. *Vgl. Mehl. Urkb. XIX, Nr. 11162.* ^d convivaciones *von anderer Hand in [con]gregaciones geändert.*

^e § 3 ist später hinzugefügt. ^f S. 40.

¹ Burmeister S. 19. Mehl. Urkb. XIX, Nr. 11265.

² Burmeister S. 19. Mehl. Urkb. XX, Nr. 11341.

³ Burmeister S. 20. Mehl. Urkb. XX, Nr. 11435.

⁴ Mai 15.

infra hinc et instans festum pasche¹, sub pena x mr.; et ultra et post pascha nullus debet eas inhabitare, sub pena trium mr. arg.

3. Item nulla civis debet deferre pannum sericum vel varium [opus]^a in inferiori parte tunice, sub pena x mr. arg.

4^b. Item de moneta.

5^c. Item de specialibus pastoribus et de nocturnis pasturis, sub pena iii mr.^d.

XXXI, 1385².

Anno^e Domini m^occc^olxxx quinto^f in festo ascensionis Domini³ statuerunt domini mei consules Wismarienses infrascripta:

1. Primo, quod ipsi bispraken libertates hujus civitatis intus et extra.

2. Inde omnia communia civiloquia teneantur, ut est notum.

3. Item, quod nemo loquatur super dominis principibus, dominis, virginibus et personis ecclesiasticis ac aliis probis hominibus aliquod malum, sub pena decem mr. arg. (Et^g si aliquis compertus fuerit, quod probari poterit duobus viris ydoneis.)

4. Item, quicumque ad vigilandum per se in propria persona nocte vel die ordinatus fuerit, vigilet, sub pena trium mr. arg.

5. Item, quod unusquisque habeat sua arma prompta, quia domini .. consules volunt circuire et arma civium videre; si quis civium arma propria non habuerit, volunt ea sibi de propriis comparare, et cum hoc civitati tres mr. arg. emendabit.

6. Item, quod nemo portet arma et trusilia, sub pena trium mr. arg.

^a opus fehlt.
hat, gestrichen.

^b Von der Hand, die § 5 hinzugefügt
c § 5 von anderer Hand.

^d An diesem Worte ist geändert und mit kritzelnder Feder puri
nachgetragen. — Eine halbe Seite frei.

^e S. 41.

^f Übergeschrieben xcv^{to}. Dementsprechend sind hier die 1395
aufgenommenen Artikel (Einleitung, § 1—3, 5, 7, 8, 11, 13—16,
19—20, 22 = XXXIV Einleitung und § 1—15) am Rande
durch die Buchstaben a—p bezeichnet.

^g et—ydoneis
nachträglich eingefügt.

¹ 1383 März 22.

² Burmeister S. 20. Mekl. Urkb. XX, Nr. 11 689.

³ Mai 11.

7. Item, quod unusquisque videat, cui bona sua accomodet, quia domini .. consules potentes esse volunt sue securitatis et conductus. Et dicatur ulterius de conductu seriose, etc.

8. Item^a, quod nemo proiciat lastadien in portum hujus civitatis, sub optentu bonorum atque vite.

9. Et quod nemo onustet lastadien ad schüten, pramonēs, bōte vel ad alias naves, quod submergantur, sub pena centum marcarum arg.

10. Item nemo dabit seu recipiet ballast de una navi ad aliam, sub pena viginti mr. arg., (quod^b unusquisque suis hospitibus intimabit).

11. Item, ubi stercora proiciuntur ad rønnam, quando pluit, hoc hospes emendabit cum tribus mr. arg., servus vel ancilla cum dimidio talento.

12. Item nullus debet peregre proficisci sine consensu domorum .. consulum.

13. Item, quod nullus emat cum peccuniis hospitem ad manus alicujus hospitis, sub pena trium mr. arg.

14. Item, quod unusquisque faciat equare mensuras suas atque pondera absque timore et excessu.

15. Item, quodcumque Deus cum aliqua muliere suam gratiam fecerit, mulieres, que tunc presentes fuerint in nativitate pueri (et^c illarum mulierum plures esse non debeant quam xx), comedere possunt, quidquid per gratiam hospitis fuerit ministratum. Et quando puer baptizabitur, sex mulieres accessum cum puero ad baptismum habeant, et eodem ibidem comedant, nec alie expense fieri debeant quomodolibet, ante sive retro, sub pena decem mr. arg.

16^d. It[em]^e, quod nullus celebrare vel habere debeat nuptias diurnas, nisi qui dat filie sue vel amice pro dote sua c marcas Lubicensis. — Et quicumque celebraverit seu fecerit nuptias, debet habere ad rogandum quatuor personas dumtaxat, videlicet duos ab una

^a S. 42.

^b quod—intimabit von anderer Hand hinzugefügt.

^c et—xx von gleicher Hand (?) mit anderer Tinte am Rande hinzugefügt.

^d § 16 ist von gleicher Hand und mit gleicher Tinte wie der Nachtrag in § 15 auf einem eingelehteten Pergamentblatte, das nur diesen Paragraphen enthält, geschrieben.

^e ita. S. 43.

parte et duos ab alia parte, (et^a nisi habebunt xii drosten). — Et non debent eciam facere expensas vel sumptus in faccione luminum, ita quod vocent ad hoc amicos vel amicas, sed dumtaxat quatuor bagwinas vel alias virgines seu mulieres, que faciant et preparent lumina supradicta. — Eciam non debent esse ad illas sollempnitates nupciarum plures virgines quam sex paria, et ille prius non veniant ad nupcias quam die nupciarum precedente. — Et ille, qui nupcias fecerit, post eas statim ante consulatum veniet faciendo juramentum suum, quod ista omnia sic servasset, prout vobis est ante dictum, sub pena decem marcarum argenti nullatenus dimittenda etc.

17. Item^b in nupciis diurnis non debent fieri majores expense quam ad xxx schutellas; et in vespertinis nupciis ad x schutellas, et alie non debent fieri expense, ante sive retro, (sub^c pena x mr. arg.).

18. Item in vestitura alicujus pueri ad claustrum non debent haberi plures currus quam quatuor et apud illos sedecim viri muniti, videlicet weraftich cum suis (servis)^d, et non magis^e, sub pena decem mr. arg. Que omnia domini consules per consules et communes cives volunt firmiter observari^f. Si quis proconsulum^g vel .. consulum ista supradicta trimenbria statuta infregerit, non debet aliquam portionem illo presenti anno in consilio de donacionibus distribuendis percipere seu aliquatenus sublevare^g. (Et^h istud nulli debet indulgeri per juramenta).

19. Item de juramentis gravibus et de malis verbis etc., quando duo boni viri super aliquo sceleratore testimonium perhibuerint, hic supra wippam in penam peccati locari debeat et reponi.

20. Item, quod nullus transire debeat in plateis de vespere post pulsum campane, nisi legitimum habuerit negocium; quod si aliquis in hoc compertus fuerit, hic clausure tradi debeatⁱ et vinculis collarum mancipari^k debeat et cum hoc emendare civitati tres mr. arg.

^a et—drosten von anderer Hand am Rande hinzugefügt.

^b S. 45.

^c sub—arg. am Rande, mit anderer Feder.

^d Urspr. clientulis.

^e Urspr. maius.

^f Der Satz

ist nach einem andern verworfenen Versuche umgestaltet in:

que omnia et omnia alia statuta domini consules volunt firmiter observari a quolibet, sive sint proconsules, consules, cives atque civisse, sub pena prius expressa.

^g proconsulum—sublevare von einer Linie unzogen mit der Randbemerkung: taceatur de isto in publico.

^h et—juramenta mit anderer Tinte zugefügt.

ⁱ Danach kleine Rasur.

^k Zweite Silbe auf Rasur.

21. Item, quod nullus promercator qualiacumque bona supra^a vorkôp emere debeat infra tres dies, sub pena trium mr. arg.

22. Item, quod quilibet ad ingnem suum videat, quod nullum ex hoc dampnum eveniat. Et quicumque excercuerit agriculturam, annonam suam nullibi deferre debeat quam ad horrea, et non ad domos, sub pena trium mr. arg.

23. Item de specialibus pastoribus et de nocturnis pasturis etc., sub pena trium mr. arg.

24. Item de pistoriibus.

25^b. Item de »thø mit drecke«.

26^b. Item de hospitando alienos.

27. Et nominentur .. consules.

XXXII, 1387¹.

Anno Domini millesimo trecentesimo octogesimo septimo feria quarta post assensionis Domini² .. domini mei communiter, proconsules et .. consules, pro statuto concorditer ordinando statuerunt:

Quod peramplius nullum .. consulem, qui ex parte consilii in Schania fuerit advocatus, de tallia sive de exactione, sive consul sive civis fuerit, volunt aliquialiter habere supportatum, sed facere debeat, sicut alter facere teneatur.

XXXIII, 1394^a.

1. Inprimis^c, quod mulieres, quando transitus fit cum uno mortuo, de vigiliis seu missa^d, quod tunc nulle mulieres secum retransire debent ad domum defuncti forcius quam cum sex paribus feminarum, sed alie mulieres de ecclesia retransire debent unaqueque in domum suam, sub pena decem marcarum puri.

2. Item nulla domina vel virgines hujus civitatis togas nutantes, alias dictas slepehoiken, deferre debent, nec virgines ante decem annos cum smide vel cum vario ad sollempnitates nupciarum vel

^a S. 46.

^b § 25 und § 26 sind nachträglich, nacheinander angereiht.

^c S. 47. § 1—3 am Rande q, r, s signirt, für XXXIV.

^d missa mit abgekürzter Endsilbe.

¹ Burmeister S. 22. Mehl. Urkb. XXI, Nr. 11882.

² Mai 22.

³ Burmeister S. 22.

alias precedere seu anteire debeant, sub pena decem marcarum puri.

3. Item nullus debet peregrinari, quod nullus dampnum ex hoc recipiat; et quisque caveat sibi de equitatura sua, quia, si aliquis captus fuerit de nostris a latronibus seu platearum raptoribus, hic nullatenus redimi debeat. Quod si aliquis de amicis suis eum rede-merit, ille vadiabit civitati c marcas puri cum perpetua carencia civitatis; sed qui honore captus^a fuerit^b, ille cum bonis suis se licite potest liberare.

4. Item de meretricibus.

5. Item de hospitando.

6. Item de igne et luminibus.

7. Item de puerperiis et nupciis.

8. Item^c de reisis claustrorum.

9. Item de pastoribus specialibus.

10. Item de armis, quia summe necessarium est, cum articulis precedentibus in civiloquio premissis.

Actum anno Domini m^occc^oxciii^o assensionis Domini¹.

XXXIV, 1395².

Anno^d Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quinto in festo assensionis Domini³ statuerunt domini mei .. consules Wismarienses infrascripta:

1. Primo, quod ipsi bispraken libertates hujus civitatis intus et extra (si^e quis se de hiis intromittat, x mr. argenti emendabit^f).

2. Inde omnia communia civiloquia teneantur, ut est notum.

3. Item, quod nemo loquatur super dominis, principibus, virginibus et personis ecclesiasticis ac aliis probis hominibus aliquod malum, sub pena decem marcarum argenti. Et si aliquis compertus fuerit, quod probari poterit duobus viris ydoneis.

^a captus.

^b fuerit.

^c S. 48, zu ³/₄ frei.

S. 49–51 sind unbeschrieben, nur daß auf S. 49 versehentlich XXXI § 17 angefangen war.

^d S. 52.

^e si—emedabit von anderer Hand eingeschoben. ^f emedabit.

¹ Mai 28.

² Burmeister S. 23.

³ Mai 20.

4. Item, quod unusquisque habeat sua arma prompta, quia domini consules volunt circuire et arma civium videre; si quis civium arma propria non habuerit, volunt ea sibi de propriis comparare, et cum hoc civitati tres mr. argenti emendabit.

5. Item, quod unusquisque videat, cui sua bona accomodet, quia domini .. consules potentes esse volunt sue securitatis et conductus. Et dicatur ulterius de conductu seriose, etc.

6. Item, quod nemo proiciat lastadien in portum hujus civitatis, sub optentu bonorum atque vite; et quod nemo onustet lastadien ad schuten, pramonen, bote vel ad alias naves, quod submergantur, sub pena centum mr. argenti.

7. Item nemo dabit seu recipiet ballast de una navi ad aliam, sub pena viginti marcarum argenti, quod unusquisque^a suis hospitibus intimabit, nisi cum consensu dominorum consulum.

8. Item, ubi stercorea proiciuntur ad ronnam, quando pluit, hoc hospes emendabit cum tribus marcis argenti, servus vel ancilla cum dimidio talento.

9. Item, quod nullus emat cum peccuniis hospitem ad manus alicujus hospitis, sub pena trium marcarum argenti.

10. Item, quod unusquisque faciat equare mensuras suas atque pondera absque timore et excessu, (et^b si quis in hoc repertus fuerit, vita sua emendabit).

11. Item, quandocumque Deus cum aliqua muliere suam gratiam fecerit, mulieres, que tunc presentes fuerint in nativitate pueri — et illarum mulierum plures esse non debeant quam xx —, comedere possunt, quidquid per gratiam hospitis fuerit ministratum. Et quando puer baptizabitur, sex mulieres accessum cum puero ad baptismum habeant, et eodem ibidem comedant, nec alie expense fieri debeant quomodolibet, ante sive retro, sub pena decem mr. argenti.

12. It[em]^c, quod nullus celebrare seu habere debeat nuptias diurnas, nisi qui dat filie sue vel amice pro dote sua c mr. Lubicensis. — Et quandocumque celebraverit seu fecerit nuptias, debet habere ad rogandum quatuor personas dumtaxat, duos ab una parte et duos ab alia parte, et nisi habebunt xii drosten. — Et non debent

^a S. 53.

^b et — emendabit auf Rasur und später zugefügt, als die Redaktion von XLIV vorbereitet wurde.

^c ita.

etiam facere expensas vel sumptus in faccione luminum^a, ita quod vocent ad hoc amicos^b et amicas, sed dumtaxat quatuor bagwinas vel alias virgines seu mulieres, que faciant et preparent lumina^a supradicta. — Etiam non debent esse ad illas sollempnitates nuptiarum plures virgines quam sex paria, et ille prius non veniant ad nuptias quam die nuptiarum precedente. — Et ille, qui nuptias fecerit, post eas statim ante consulatum veniet faciendo iuramentum suum, quod ista omnia sic servasset, prout vobis est ante dictum, sub pena decem mr. argenti nullatenus dimittenda.

13. Item de iuramentis gravibus et de malis verbis etc., quando duo boni [viri]^c super aliquo sceleratore testimonium perhibuerint, hic supra wippam in penam peccati locari debeat et reponi.

14. Item, quod nullus (sive^d laycus, sive clericus sit) transire debeat in plateis de vespere post pulsum campane, nisi legitimum habuerit negotium; quod si aliquis in hoc compertus fuerit, hic closure tradi debeat et vinculis collorum mancipari debeat et cum hoc emendare civitati tres mr. argenti.

15. Item, quod quilibet ad ignem suum videat, quod nullum ex hoc dampnum eveniat; et quicumque exercuerit agriculturam, annonam suam nullibi deferre debeat quam ad horrea, et non ad domos, sub pena trium mr. argenti.

16. Inprimis, quod mulieres, quando transitus fit cum uno mortuo, de vigiliis seu missa^e, quod tunc nulle mulieres secum retransire debent ad domum defuncti fortius quam [cum]^f sex paribus^g feminarum, sed alie mulieres de ecclesia retransire debent unaquaque in domum suam, sub pena decem mr. puri.

17. Item nulla domina vel virgines hujus civitatis togas nutantes, alias dictas slepehoiken, deferre debent, nec virgines ante decem annos cum smide vel cum vario ad sollempnitates nuptiarum vel alias precedere seu anteire debeant, sub pena decem mr. puri.

18. Item nullus debet peregrinari, quod nullus dampnum ex hoc recipiat; et quisque caveat sibi de equitatura sua, quia si aliquis [captus]^h fuerit de nostris a latronibus seu platearum raptoribus, hic nullatenus redimi debeat. Quod si aliquis de amicis suis eum rede-

^a luninū, lunina.

^b S. 54.

^c viri *fehlt*.

^d sive — sit *am Rande von anderer Hand, ohne Einweisung.*

^e missa *mit abgekürzter Endsilbe.*

^f cum *fehlt*.

^g S. 55.

^h captus *fehlt*.

merit, ille vadiabit civitati c mr. puri cum perpetua carentia civitatis; sed qui honore captus fuerit, ille cum suis bonis se licite potest liberare.

19. Item domini mei concorditer decreverunt et observari stauerunt, quod, quicumque opidanus seu opidana Wismariensis alium opidanum vel opidanam voluerit incusare vel contra eum causare, pro quacumque causa sit, hoc fieri debeat coram nostro jure Lubicensi, et non alibi, et non debet hoc committere alicui spirituali; quod si aliquis contrafecerit, hic mansione sua in civitate ista perpetue carebit^a cum amissione et perdicione bonorum suorum omnium atque rerum.

20. Item^b nullus emat frumenta seu ligna extra valvam ad preemptionem, sub pena trium marcarum argenti.

21. Item de specialibus pastoribus.

22. Item de emptura carbonum.

23. Item de preemptoribus frumentorum.

24. Item de vigiliis.

25^c. De fossato.

26. De pistoribus.

27. Consules nominentur.

XXXV, zwischen 1395 und 1397¹.

1. Inprimis^d, quod nulla domina deferre debet togas suffarratas^e, quin cum viro suo habeat cc mr., sub pena x marcarum argenti.

2. Item nulla domina deferre debet ornamenta circa anteriorem partem manicarum seu circa collum, dicta smyde, nisi in latitudine unius pollicis; et eciam non portabunt nodos, v[u]lgariter dictos spuntknope, nisi usque medium tunice^f usque ad nedderdeel, sub pena decem marcarum argenti.

3. Item nullus^g debet currere ad ignem tempore nocturno seu

^a carebit et. ^b S. 56. ^c § 25–27 von anderer Hand (schon § 21–24 scheinen später eingetragen zu sein), die letzten beiden wol später als der erste hinzugefügt. § 26 an letzter Stelle.

^d Dieser Text wol von anderer Hand.

^e suffarratas.

^f tunice ad vsque ad.

^g Urspr.:

nulla domina.

¹ Burmeister S. 25.

diurno, nisi cum instrumentis ad ignem extingwendum^a necessariis, nec aliquis togatus accedere debet, sub privacione togarum. Nec aliquae mulieres accedere debent^b, nisi^c ibi fuerint pro eorum^d bonis deportandis. Et si ibidem quis in furtu compertus fuerit, ille cum amissione vite sue emendabit.

XXXVI, 1397¹.

Anno^e Domini millesimo c^oc^oc^o nonagesimo septimo in festo ascensionis Domini² domini mei consules Wysmarienses infrascripta statuerunt:

1. Primo, quod ipsi bispraken libertates hujus civitatis intus et extra; et si quis se de hiis intromittat, decem mr. argenti emendabit.
2. Item omnia communia civiloquia teneantur, ut notum est.
3. Item, quod nemo loquatur super dominis, dominabus, principibus, virginibus et personis ecclesiasticis ac aliis probis hominibus aliquid malum, sub pena decem marcarum argenti.
4. Item unusquisque habeat arma sua prompta sub^f pena trium marcarum argenti.
5. Item unusquisque videat, cui bona sua accomodet, quia domini consules potentes esse volunt sue securitatis. Et dicatur tunc de conductu seriose.
6. Item nemo proiciat lastaden^g in portum hujus civitatis, sub optentu bonorum atque vite sue. Et nemo eciam onustet lastaden in scuten, pramones, bote vel alias naves, quod submergantur, sub pena c marcarum argenti.
7. Item nemo dabit seu recipiat ballast de una navi ad aliam, sub pena viginti marcarum argenti, nisi faciat jussu seu consensu dominorum; quod unusquisque suis hospitibus intimabit.
8. Item^h, ubi stercora proiciuntur ad rønnam, quando pluit, hoc hospes cum tribus marcis argenti emendabit, servus vel ancilla cum dimidio talento.
9. Item nullus emat cum peccuniis hospitem ad manus alicujusⁱ hospitis, sub pena trium marcarum argenti.

^a extingwed. mit *übergeschriebenem* g.

^b debet.

^c ni.

^d So.

^e S. 57.

^f sup.

^g So.

^h S. 58.

ⁱ alicuis.

¹ Burmeister S. 25.

² Mai 31.

10. Item, quod unusquisque faciat equare mensuras suas atque pondera absque timore et excessu. Et si quis inequales mensuras habuerit vel inequalia pondera, hoc stabit ad^a dominos consules^b, qualiter hoc volunt iudicare.

11. Item, quandocumque Deus cum aliqua muliere suam gratiam fecerit, mulieres, que tunc presentes fuerint in nativitate pueri — et illarum mulierum plures esse non debent quam viginti, — comedere possunt quicquid^c per gratiam hospitis fuerit ministratum. Et quando puer baptizatur, sex mulieres accessum cum puero ad baptismum habeant, et eedem ibidem comedant, nec alie expense fieri debeant quomodolibet, ante sive retro.

12. Item, quod nullus celebrare seu habere debeat nuptias diurnas, nisi qui dat filie sue vel amice^d c mr. Lubicensis pro dote sua. — Et quandocumque fecerit nuptias, debet habere ad rogandum quatuor personas tantum, duos ab una parte et duos ab alia, et nisi habebunt xii drosten. — Et non debet eciam facere expensas seu sumptus in factione luminum, ita quod vocent ad hoc amicos vel amicas, sed solummodo quatuor bagwinas vel alias virgines seu mulieres, que faciant lumina supradicta. — Eciam non debent esse ad solemnitates dictarum nuptiarum^e plures virgines quam sex paria, et ille prius non veniant ad nuptias quam die nuptiarum precedente. — Et ille, qui nuptias fecerit, post eas statim ante consulatum veniet faciendo iuramentum suum, quod ista omnia sic servasset, prout est ante dictum, sub pena decem mr. argenti nullatenus dimittenda.

13. Item omnis, qui filie seu amice sue c marcas pro dote daturus fuerit, ille suppellectilia de valore decem marcarum tantum sibi dabit; qui cc marcas, supellectilia xx marcarum tantum, et sic ulterius procedendo, sub pena trium marcarum argenti.

14. Item de iuramentis gravibus et de malis verbis etc.; quando duo boni viri super aliquo sceleratore testimonium perhibuerint, hic supra wyppam in penam peccati locari debet.

15. Item, quod nullus laicus seu clerus transire debet in plateis de vespere post pulsum campane (nec^f cum armis nec fustibus), nisi legitimum habuerit negocium; quod si aliquis in hoc compertus fuerit,

^a a.^b consules *fehlt*.^c quicquam *abgekürst*.^d amice pro dote.^e S. 59.^f nec—fustibus *am**Rande mit anderer Tinte, ohne Weisung.*

hic clausure civitatis mancipari debet et cum hoc emendare civitati tres mr. argenti.

16. Item, quod quilibet ad ignem suum videat, quod nullum dampnum ex hoc eveniat. Et quicumque exercuerit agriculturam, annonam suam nullibi deferre debeat quam ad horrea, et non ad domos, sub pena trium mr. argenti.

17. Item nullus currere debet ad ignem tempore nocturno sive diurno, nisi cum instrumentis ad ignem^a extingwendum necessariis^b; nec aliquis togatus accedere debet^c, sub privacione toge. Nec ulle mulieres accedere debent, nisi ibi essent pro earum bonis salvandis. Et si quis ibidem in furtu compertus fuerit, cum perdicione vite emendabit.

18. Item, quod mulieres, quando transitus fit cum uno mortuo, de vigiliis seu missa^d quod tunc nulle mulieres secum retransire debent^e ad domum defuncti forcius quam sex paribus feminarum. Sed alie mulieres de ecclesia retransire debent, unaqueque in domum suam, sub pena decem mr. puri.

19. Item nulla domina vel virgines hujus civitatis togas inutantes, slephoykene dictas, deferre debeant. Nec virgines ante decem annos cum smyde vel cum vario ad solempnitates nupciarum seu alias precedere vel anteire debent, sub pena decem marcarum puri.

20. Item nulla domina vel virgines deferre debent ornamenta, dicta smyde, circa anteriorem partem manicarum aut circa collum quam in latitudinem unius pollicis; nec eciam portabunt nodos, vulgariter^f spuntknope dictos, nisi usque ad medium tunice, sub pena decem marcarum argenti. (Et^g viri talliabunt pro clenodiis sub juramentis eorum.)

21. Item nullus debet peregrinari, quod nullus ex hoc dampnum recipiat; et quisque caveat se de equitatura sua, quia, si aliquis de nostris a raptoribus captivatus fuerit, hic nullatenus redemi^h debeat. Quod si aliquis de amicis suis eum redimeret, ille vadiabit civitati c mr. puri cum perpetua carencia civitatis; sed qui honore captus fuerit, ille cum suis bonis licite se potest liberare.

^a igne. ^b nec̄cariis. ^c S. 60. ^d missa mit
abgekürzter Endsilbe. ^e debet. ^f wlgariter.
^g et—eorum *angehängt, mit gleicher Tinte und von gleicher
Hand geschrieben.* ^h So.

22. Item^a domini mei concorditer decreverunt, quod, quicumque opidanus vel opidana alium opidanum vel opidanam incusare voluerit vel contra eum vel eam causare, pro quacumque causa sit, hoc fieri debet in nostro jure Lubicensi, et non alibi; et non debet hoc committere alicui spirituali persone. Quod si aliquis contrafecerit, hic mansione^b sua in hac civitate perpetue carebit cum perdicione bonorum suorum atque rerum.

23. Item nullus emat^c ligna (cujuslibet speciei ut delen et consimilia)^d extra civitatem (super preempcionem)^d, sub pena trium marcarum argenti.

24. Item de specialibus pastoribus.

25. Item de emptura carbonum.

26. Item de preemptoribus frumentorum.

27. Item de vigiliis.

28. Item de fossato.

29. Item de pistoribus.

XXXVII, 1398¹.

Anno^e Domini millesimo tricentesimo xcviio⁰ in festo assencionis Domini² domini mei consules infrascripta statuerunt:

1. Primum est, quod ipsi bispraken libertates hujus civitatis intus et extra; et si quis se de hiis intromiserit, decem marcas argenti emendabit.

2. Item omnia communia civiloquia teneantur, ut notum est.

3. Item eodem anno domini mei consules infrascripta concorditer observari statuerunt:

a. Primum quod quivis celebrans nuptias debet habere nuptias serotinas tantum, et non nuptias majores seu diurnas. Nec etiam habebit coreas, alias dictas aventdantze seu voredantze, sub pena decem marcarum argenti.

b. Item ad earundem nuptiarum epulas plures non debent rogare quam duo viri, unus parte ex una et reliquus parte ex altera, sub eadem pena.

^a S. 61, das letzte Drittel frei. S. 62 unbeschrieben.

^b masione.

^c Urspr. emat frumenta seu.

^d Am

Rande.

^e S. 63.

¹ Burmeister S. 28.

² Mai 16.

- c. Item non debent aliqua munera seu clenodia dari^a amicis^b sponsi aut sponse, nisi forte sponsus sponse aliquod mitteret aut ipsa sibi viceversa, sub pena decem marcarum argenti.
- d. Preterea^c de vespere, cum sponsus et sponsa in lecto fuerint, possunt ibi manere sex femine per istud sero comedendo et bibendo que ipsis proponuntur, et non plures. Nec etiam debebunt sponso galli portari ab extra, cujuscumque speciei fuerint^d, prout hactenus fuerat consuetum, sub pena decem marcarum argenti.
- e. Insuper altera die, cum sponsus et sponsa surrexerint, potest idem sponsus cum undecim amicis suis ad se sumptis ibidem epulari et sponsa cum undecim dominabus pari forma. Nec etiam debebunt cibaria in domos alias portari^e de domo sponsi, sub pena decem marcarum argenti.
- f. Item hii, qui easdem nuptias celebraverunt, venire debent statim post hoc ante consulatum prestando juramenta sua ad hoc, quod premissa omnia in omni modo et forma observaverunt, sub pena premissa.
- g. Item puerperia, suppellectilia et factiones luminum volunt domini consules observari sub eadem pena, prout prius est intimatum.
- h. Insuper unusquisque, qui in officium aliquod receptus fuerit hujus civitatis, dabit antiquas justitias^f ad arma et ad lumina et etiam dabit consortibus ejusdem officii unam bonam lagenam cervisie. Hiis factis debent eundem receptum in officium seniores seu magistri ejusdem aliis sumptibus officio faciendis nullatenus molestare, sub privacione officii et decem marcarum argenti pena.

^a *Der letzte Buchstabe war anfangs verschrieben.*

^b *amicis abgekürzt, so daß die Flexionssilbe frei zu ergänzen ist.*

^c *S. 64.*

^d *Urspr.: fuerint ab extra.*

^e *Urspr.: portari demo.*

^f *S. 65, nur zu einem Drittel beschrieben.*

XXXVIII, 1399¹.

Anno^a Domini m^occc^mo^oxcix^o in festo assencionis Domini² domini mei consules infrascripta statuerunt:

1. Primum, quod nullus seu nulla civium hujus civitatis habens pueros suas nupcias celebrare debet^b, nisi prius ipsis pueris divisio hereditaria, prout hucusque moris et consuetudinis fuerat, facta cognoscatur, sub pena decem marcarum argenti.

XXXIX. De^c braxatoribus^d, 1399³.

An den jaren na Godes bord durent drehundert unde an dem negen unde negentigsten jare up den Vridach negest na des hilgen lichames dage⁴ do vunden myne heren de borgermestere unde de radmanne unde vorvoren yn der warheyt mengerhande stücke, dar de menheyt der borgere plegende to bruwende vorderffliken scaden ane nemen. To dem ersten, dat sik twe effte dre to samende werpen unde huren een hus to bruwende. Item so borgen de sulven de last gersten edder moltes jo twier edder dryer marke^e durer, den^f me see umme rede penninghe kopen mach, dar de kornekoop den menen borgeren, de allenen hus^g upholden, sere mede vorduret werd. Vortmer hebben de sulven wedderlegghent unde selschop uppe wyn unde vorlust beyde buten der stat unde ok bynnen der stat van bruweren unde ok de nicht plegen to bruwende.

Worumme de rad vor en willekøre endrachtliken heft gesettet:

1. Dat nemant sulff ander edder sulff dorde edder meer scal huse upholden, de sik to samende werpen effte worpen hebben to

^a S. 66, nur zu einem Drittel beschrieben. ^b debebit ursprünglich dehebunt. ^c S. 67. ^d Die Überschrift ist später hinzugefügt. Die ganze Willkür ist gestrichen, aber auf S. 78 f. wiederholt niedergeschrieben (B). Dort Beischrift statt Überschrift. Einen dritten Text, der in § 3 und 4 mit B, sonst mit A geht, bietet Schröder, Ausführl. Beschreibung der St. u. Herrschaft Wismar S. 325 (S). Ich merke nur wesentlichere Abweichungen an. ^e mr, B: mark. ^f B: wen. ^g B: huze.

¹ Burmeister S. 29.

² Mai 8.

³ Fehlt bei Burmeister.

⁴ Mai 30.

bruwende, sunder we bruwen wil, de scal allenen een hus huren edder upholden, bi x marken sulvers.

2. Weret over, dat welk van den borgeren, de sulven een hus hadde, nicht en wolde edder vormochte^a to bruwende, de mach^b wol enen bedderven^c man to sik yn nemen, dede bruwe^d.

3^e. (Vortmer scal nemant van den borgeren, dede plecht to bru[wende]^f edder de bruwen wil, syn hus vorlenen edder vorhuren enem anderen myt sik yn synem huze to bruwende. Weret, dat dat jemant dede, de scal bynnen enem gantzen jare^g nicht bruwen. Weret, dat dar we entjegen dede, also dicke he dat deyt, scal he dat beteren myt^h iii marken sulvers; unde de gene, dem he dat hus also gelenet edder vorhuret hefft, scal dat beteren^h myt x marken sulvers.)

4. Dochⁱ scal men^k yn dem sulven hus^l men enes bruwen in der weken, also dat bethe here^m toⁿ een seede geweset is.

5. Vortmer scal nemant bruwent anslaen, he en hebbe synes echliken gudes cc mark Lubesch sunder selschop unde wedderleghent jemandes, by x marken sulvers. Unde dat schal de sulve^o dat erste darna, dat he syn schot bringhet, waren vor den kemereren myt synen eeden.

6. Weret over, dat jemant bevunden worde, de bruwent ansloge unde cc mark nicht en hedde, also vorscreven steyt, de scal dat dem rade^p beteren mit x marken sulvers, unde, also dicke unde^q vakene he gebruwen hefft^r, mit dren marken sulvers, nicht to latende^s.

^a A *urspr.*: vormochte allenen.

^b A *urspr.*: macht.

^c *Die letzte Silbe von bedderven in A über der Zeile.*

^d *In A folgte:* unde mach ok under stunden wol bruwen sulven en beer, wanner he dat enden kan, sunder broke.

^e § 3

nur in B und S.

^f B: bru.

^g S. 79, *das letzte*

Drittel frei.

^h myt—beteren *fehlt in S.*

ⁱ doch,

BS: ok.

^k men, BS: en jewelk.

^l BS: yn synem

hus. ^m bethe here, BS: van oldinges een s. is gewezet.

ⁿ S. 68, *nur zur Hälfte beschrieben.*

^o S: de sulve de

bruwent ansleyt, B: en jewelk de bruwent ansleyt.

^p dem rade *fehlt B.*

^q dicke unde *fehlt B.*

^r B: hefft also vaken scal he dat beteren.

^s nicht to latende

fehlt B.

XL, 1400¹.

Anno^a Domini m^occcc^o in festo ascensionis Domini² domini mei consules Wismarienses infrascripta statuerunt:

1. Primum, quod ipsi bispraken libertates hujus civitatis intus et extra; et si quis se de hiis intromiserit, decem mr. argenti emendabit.

2. Item communia civiloquia teneantur, ut prius intimatum est.

3. Item nemo loquatur super dominos, dominas, principes, virgines et personas ecclesiasticas ac alios probos homines aliquod malum, sub pena decem mr. argenti.

4. Item unusquisque habeat arma sua prompta, sub pena trium mr. argenti.

5. Item unusquisque videat, cui bona sua accommodet, quia domini consules potentes esse volunt sue securitatis. Et dicatur de conductu seriose.

6. Item nemo proiciat ballast in portum hujus civitatis, sub obtentu bonorum atque vite sue. Et nemo eciam onustet ballast in scuten, prame, bote vel in alias naves, quod submergantur, sub pena c mr. argenti.

7. Item nemo dabit seu recipiat ballast de una navi in aliam, sub pena viginti mr. argenti; quod unusquisque suis hospitibus intimabit.

8. Item, ubi stercora prociuntur ad ronnam tempore pluvie, hoc hospes cum iii^{bus} mr. argenti emendabit, et^b servus vel ancilla cum dimidio talento.

9. Item^c nullus emat cum pecuniis hospitem ad manus alicujus hospitis, sub pena trium mr. argenti.

10. Item unusquisque faciat equare mensuras suas atque pondera absque timore et excessu. Et si quis inequales mensuras seu inequalia pondera habuerit, hoc stabit ad dominos consules, qualiter hoc volunt judicare.

11. Item nupcias, puerperia, suppellectilia et factiones luminum volunt domini consules observari sub eadem pena, prout prius est notificatum.

^a S. 69.

^b et et.

^c S. 70.

¹ Burmeister S. 29.

² Mai 27.

12. Item nullus laicus seu clerus transire debet in plateis de vespere post pulsum campane nec eciam cum armis, puta gladiis, trusilibus seu consimilibus, nisi legitimum habuerit negocium; quia, si quis in hoc compertus fuerit, hic clausure civitatis mancipari debet et cum hoc tres mr. argenti emendare.

13. Item quilibet ad ignem suum videat, ne quis dampnum exinde recipiat. Et qui exercet agriculturam, nullibi annonam suam deferre debet quam ad horrea, sub pena trium mr. argenti.

14. Item nullus currere debet ad ignem tempore nocturno sive diurno absque instrumentis ad ignem extingwendum necessariis^a; nec eciam aliquis togatus accedere debet, sub toge sue privacione; nec eciam mulieres accedere debent, nisi essent ibi pro eorum^b bonis salvandis.

15. Item nullus debet peregrinari, quod nullus ex hoc dampnum recipiat; et quisque caveat sibi de equitatura sua, quia, si aliquis de nostris a raptoribus captivatus fuerit, nullatenus redemi^b debebit. Quia, si aliquis de amicis suis eum redimeret, vadiabit civitati c mr. argenti cum perpetua^c carencia civitatis; sed qui honorifice captus fuerit, ille cum bonis suis licite potest liberari.

16. Item, quicumque opidanus vel opidana alium seu aliam incusare voluerit vel contra eum vel eam causare, pro quacumque causa sit^d, hoc fieri debet in nostro jure Lubicensi et non alibi, et non debet hoc committere alicui spirituali persone; quia, si quis contrafecerit, hic mansione sua in hac civitate perpetue carebit cum perditione suorum bonorum atque rerum.

17. Item unusquisque, qui in officium aliquod receptus fuerit, dabit antiquas justicias ad arma et lumina et consortibus officii unam bonam lagenam cervisie. Hiis factis debent eundem receptum in officium seniores ejusdem aliis sumptibus officio faciendis nullatenus molestare, sub privacione officii et pena decem marcarum argenti.

18. Item de braxatoribus ii^bus vel tribus in una domo commorantibus.

19. Item de preempcionibus uniuscujusque rei.

20. Item de extraneis seu rusticis per cives non inducendis per vim, sub pena trium mr. argenti.

21. Item de infamatis mulieribus smyde deferre non debentibus.

22. Item de divisione hereditaria facienda.

^a neccriis.

^b So.

^c S. 71.

^d sit fehlt.

23. Item de specialibus pastoribus.

24. Item de vigillis.

25. Item de fossato.

26. Item de pistoribus.

27. Item de swinekovenen, sub pena iii mr.

28. Item^a de delacione mensurarum vini, dictarum winpote, extra cellarium; hoc stabit ad dominos meos, quam hoc volunt judicare.

29. Item de sortibus panniscidarum, quod unusquisque eorum accipere debet sortem suam temporibus consuetis et in loco solito, sub pena trium mr. argenti.

XLI. De^b braxatoribus¹, 1400.

An den jaren na Godes bord dusent unde veerhundert an dem avende Symonis et Jude² sint gekomen vor den raad de molre menliken sik beclagende, wo ichteswelke lude sin, wanner se bruwen willen, so senden se yn de molen, etlike xiii dromet, etlike xii dromet moltes, des doch de meste menheit nicht en deit, unde dat moten se malen umme iiii schillinge also wol alse enem anderen, de vele myn sacket. Unde dat dunket dem rade nicht liik wesen. Ook so is dat wol vorvaren van den knechten, de bi huslank plegen to bruwende, dat etlike lude laten molt malen besundergen, unde wanner se bruwen willen, so doen se van deme molte to deme, dat se hebben nye malen laten, twe secke, dre, also vele se willen. Unde dat en kan me denne nicht wol handelen yn den vaten. Unde willen denne darna vele beers bruwen. Unde darmede werd dat beer vele erger, wen dat wandaghes plach to wesende, dar vele secgendes aff is yn anderen steden. Hirumme heft de raad, olt unde nye, gewillekoret, strengeliken to holdende^c van enem jewelken, he sy borgermester, radman, borger edder borgersche, he sy, we he sy:

1. Dat nemant scal molt yn de molen senden to malende to enem bere meer wen $10\frac{1}{2}$ ^d dromet; wil he dar myn yn senden, dat sta to em, men meer scal he dar nicht senden to enem bere to bruwende; unde dat scholen de molre waren bi erer woningge unde bi eren eeden, wanner men dat van en esschet. Unde weret, dat den molren

^a S. 72.

^b Die Überschrift steht am Rande.

^c S. 73.

^d xj mit durchstrichenem j.

¹ Burmeister hat auch diese Willkür weggelassen.

² Okt. 27.

yn jemandes molte mysdfichte, dat mogen se sunder vare, enen sak, twe edder dre, utstorten laten, unde weret dat des moltes denne mer were wen $10^{1/2}$ ^a dromet, so scal dat molt vorbroken wesen yn de stat, unde de dat utgesand hefft, de scal dat beteren der stad myt x marken sulvers. Unde dat scal de molre bringhen vor den rad unde nicht vorzwigen, bi siner woninghe.

2. Ook so scal nemant mer moltes bruwen to enem bere unde to ener tiit wen $10^{1/2}$ ^a dromet, alse vorscreven is, bi x marken sulvers.

Desse vorscreven sette unde bode wil de^b raad yn aller mate unde bi alsodanem broke, alse vorscreven is, geholden hebben, unde dar to alle olde sette unde bode van dem bruwende, alse dat ere kundiget is. Unde nemant scal na dessem dage mer yn de molen senden wen $10^{1/2}$ ^a dromet. Ok en scal me nenem bruwere mer geven wen xiiii penninghe.

XLII, 1401¹.

Anno^c Domini m^occcci^o in festo ascencionis Domini^a domini mei consules Wismarienses infrascripta statuerunt:

1. Primum, quod ipsi bispraken libertates hujus civitatis intus et exterius; et si quis se de hiis intromiserit, decem mr. argenti emendabit.

2. Item omnia communia civiloquia teneantur, prout prius est intimatum.

3. Item nullus loquatur supra dominos, dominas, principes, virgines et personas ecclesiasticas ac alios honestos homines aliquod malum, sub pena decem marcarum argenti.

4. Item unusquisque habebit arma sua prompta, prout prius est intimatum, sub pena trium marcarum argenti.

5. Item unusquisque videat, cui bona sua accommodet, quia domini consules potentes esse volunt sue securitatis. Et dicatur tunc de conductu seriose.

6. Item, quod nemo proiciet ballast in profundum hujus civitatis, sub obtentu vite atque bonorum suorum. Nec eciam quis onustet ballast in schuten, prame, bote aut in alias naves, quod submergantur^d, sub pena c marcarum argenti.

^a xj mit durchstrichenem j.

^b de de.

^c S. 74.

^d submergant.

¹ Burmeister S. 31.

² Mai 12.

7. Item nemo dabit seu recipiat ballast de una navi in aliam, sub pena viginti marcarum argenti; quod quivis suis hospitibus intimabit.

8. Item, ubi stercora proiciuntur ad ronnam tempore pluvie, hoc hospes cum iii^bus marcis emendabit, servus vero aut ancilla cum dimidio talento.

9. Item, quod nullus emere debet cum pecuniis hospitum ad manus alicujus hospitis, sub pena trium marcarum argenti.

10^a. Item de Danis.

11. Item^b quivis faciat equare mensuras suas atque pondera^c sua absque timore et excessu; si autem quis cum inequalibus mensuris aut ponderibus repertus fuerit, hoc stabit ad voluntatem dominorum consulum, qualiter hoc velint judicare.

12. Item puerperia, suppellectilia^d et factiones luminum observari volunt domini consules sub eadem pena, prout prius est notificatum.

13^e. Hic fiat item mentio de transitu cum mortuis ad ecclesiam.

14. Item nullus laicus seu clerus transire debet in plateis de vespere, nisi legitimum habuerit negocium; nec etiam quisquam arma deferre debebit in eisdem, puta trusilia, gladios aut consimilia. Quia si quis in hujusmodi facto repertus fuerit, hic clausure civitatis mancipari debet et cum hoc tres mr. argenti emendare.

15. Item quilibet ad ignem suum videat^f; et qui exercet agriculturam, annonam dumtaxat ad horrea deferre debet, prout prius est intimatum et sub eadem pena.

16. Item nullus currat ad ignem tempore nocturno sive diurno, prout hoc prius est intimatum et sub eadem pena.

17. Item nullus debet peregrinari nisi consilio et scitu dominorum consulum, ne quis dampnum inde recipiat; et quisque caveat de equitatura sua, prout hoc in precedentibus^g statutis^g plenius reperitur.

18. Item, quicumque opidanus vel opidana^h alium seu aliam incusare voluerit vel causare in quacumque re vel causa, hoc facere debet in nostro jure Lubicensi, et non debet hoc committere alicui

^a § 10 am Rande, wol von anderer Hand. Ob ein Zeichen zwischen §§ 4 und 5 sich hierauf beziehen soll, ist zweifelhaft. ^b S. 75. ^c podera. ^d suppeltilia.

^e § 13 nachträglich eingeschoben.

^f videat fehlt.

^g Flektionssilben frei ergänzt.

^h opidana fehlt.

persone spirituali; quia, si quis contrafecerit, hic mansione^a sua perpetue carebit cum perdicione bonorum suorum atque rerum.

19. Item de preempcionibus uniuscujusque rei, prout prius.

20. Item domini mei consules concorditer statuerunt, quod nulla mulier publice infamata sola seu una aut duabus ad se receptis seu recepta, cervisiam propinantes^b aut vendentes in publicis plateis, in quibus honeste domine aut virgines aut alii honesti homines^c frequenter ecclesiam visitare solent et redire ab eadem, morari debent, aut in eisdem plateis nullus civium nostrorum ipsis mulieribus mansionem seu mansiones aut in consimilibus honestis plateis debet perhurare, sub pena trium marcarum argenti. (Et^d debent recedere de mansionibus earum ante festum Johannis baptiste¹ proxime venturum.)

21. Item de infamatis mulieribus smyde, (argentea sive deaurata clenodia)^e, deferre non debentibus, sub pena priori.

22^f. Item de^g braxatoribus.

23^h. Item de vigiliis.

24ⁱ. Item de celebracione festivitatum.

25^k. Item de fossato.

26. Item de ovilibus, proprie zwinecoven, sub pena trium marcarum argenti.

27^l. Item de fimo, proprie mesvalt, sub pena iii marcarum argenti.

28. Item de pistoribus.

29^m. Nota de fossato ulterius fodiendo.

30. Item de specialibus pastoribus.

31. Item nullus ponat lingua ante januas suas, sub pena iii marcarum argenti.

^a S. 76. S. 77 *unbeschrieben*. Wegen S. 78 f. s. XXXIX.

^b So. ^c *Danach eine kleine Rasur*. ^d *et—venturum am Rande ohne Weiser*. ^e *argentea—clenodia am Ende des Paragraphen mit nachlässiger Einweisung*. ^f § 22

am Rande nachgetragen, mit Weiser. ^g *de fehlt*.

^h § 23 *ist vor § 30 wiederholt*. ⁱ § 24 *oben am Rande nachgetragen, mit Weisung*. ^k *Vgl. § 29*. ^l § 27 *ff.*

sind in mehreren Absätzen später hinzugefügt, § 27 hinter § 30 stehend, aber an die betr. Stelle verwiesen. ^m § 29 *am Rande, abgegriffen*. *Vgl. § 25*.

¹ Juni 24.

XLIII, 1405¹.

An^a den jaren na Godes bord dusent veerhundert unde darna an dem viften jare des Vrigdages na misericordia Domini² do bevunden myne heren de borgermestere unde radmanne, dat seldene we van allen ampten, unde besundergen de genen de myt vore ummegeaen, also buwlude, molre unde voerlude vire holt yn hilgen vornomenen dagen. Worumme hefft de rait endrachtliken vor en willekore geset:

1. Na dem dat id en bot Godes is unde ok der hilgen kerken, dat nemant scal yn vornomenen hilgen dagen noch yn allen sondagen perde spannen noch spannen laten to arbeide yn den selen den gantzen dach ut, unde yn allen appostoldagen ere to vespertiit, he sy buwman, molre edder vorman, edder we he sy, bi iii marken sulvers. Ane dat en were, dat we varen wolde to brudlachten, to kindelberen edder anders syn werff, de mach varen, wanneer em dat evene kumpt.

2. Ok so schalme nene wagene yn alsodanen hilgen dagen van buten to yn de stat laten myt korne, myt holte noch mit jenigem anderen gude, (ere^b de clocke twe sleit).

3^c. Vortmer^d so scal neen buwman noch molre edder jemant anders, de myt vore umme geyt, myt vuller last draven^e up den straten. Weret, dat dar we entjegen dede, de scal dat also dicke beteren myt enem halven punde.

4. Vortmer scal nemant yn vornomenen hilgen dagen, des sondages, der appostole edder yn anderen plegelken viredagen underboten noch underboten laten to bruwende, edder vür laten boten yn de darnen, ere de klokke vyve slagen hefft na myddage, bi iii marken sulvers.

^a S. 80. ^b ere—sleit: *zuerst war geschrieben*: ere de myssen ute syn. ^c § 3 ist hierher gewiesen durch ein

Zeichen, hinter dem die Änderung in § 2 eingetragen ist.

^d S. 81, worauf nur § 3 eingetragen ist. S. 82 unbeschrieben

^e draven über wegradirtem varen.

¹ Schröder, Pap. Meklenburg, S. 1728, Burmeister S. 33.

² Mai 8.

XLIV, 1417¹.

Anno^a Domini millesimo quadringentesimo xvii^o in festo ascensionis Domini² domini mei proconsules et consules, novi et veteres, infrascripta statuta firmiter observanda concorditer statuerunt:

1. Primo ipsi bispraken omnes libertates hujus civitatis intus et exterius; quia, si quis de eisdem se intromiserit, civitati x marcas argenti emendabit.

2. Item nemo loquatur maliciose super dominos, principes, virgines ac alios probos homines, spirituales atque seculares, sub pena decem marcarum argenti.

3. Item, quod unusquisque civium habeat sua arma prompta, quia, prochdolor, tam per mare quam per terras principum lites timentur imminere. Volunt eciam domini consules circuire et arma civium videre; si quis civium arma sua prompta non habuerit, volunt ea sibi de propriis comparare, et cum hoc civitati tres mr. argenti emendabit.

4. Item, quod unusquisque videat, cui bona sua accomodat, quia domini consules potentes esse volunt sue securitatis et conductus. Et dicatur ulterius de conductu seriose.

5. Item, quod nemo proiceat ballast in portum hujus civitatis, sub obtentu bonorum suorum atque vite.

6. Item, quod nemo onustet ballast in quascumque naves vel ad^b schutin^c, pramones vel ad bôte, quod submergantur, sub pena centum marcarum argenti.

7. Item nemo dabit seu recipiat ballast de una navi in aliam, nisi fiat cum consensu dominorum consulum, sub pena viginti marcarum argenti; quod unusquisque civium suis hospitibus intimabit, prout eciam hec tria statuta in porta civitatis clarius scripta reperiuntur.

8. Item, quod tempore pluvie nullus proiciat stercora ad ronnas platearum; quod factum si fuerit, hospes cum tribus marcis argenti et servus vel ancilla cum dimidio talento emendabunt.

9. Item, quod nullus emere debet cum pecuniis hospitem ad manus alicujus hospitis, sub pena trium marcarum argenti.

^a S. 83.

^b S. 84.

^c So.

¹ Burmeister S. 33.

² Mai 20.

10. Item, quicumque in negociacionibus suis utitur mensuris atque ponderibus, potest absque ullo timore et excessu accedere serum nostrum juratum Hinricum Darghetzowen et facere eas equari; quia, si quis^a cum inequalibus repertus^b fuerit, vita^c sua emendabit, nisi consules gratiam in hoc^d vellent facere specialem^e (stare^e debet ad dictamen consulum, qualiter hoc emendabit).

11. Item, quandocumque Deus cum aliqua muliere gratiam suam fecerit in nativitate alicujus pueri, quod tunc non plures mulieres ibi ad edendum et ad bibendum, que per gratiam hospitis eis ministrantur^f, manere debeant quam viginti. Et quando puer baptizabitur, sex mulieres accessum cum puero ad baptismum dumtaxat habeant et eedem ibi comedant, nec quicumque viri se de hujusmodi comestione immisceant, sub eisdem penis, prout prius est intimatum.

12. Item de nupciis volunt observari, quod dumtaxat habeantur duodecim schutelle et non plures (neque^g quecumque choree vespertine neque ghevelbeer fiant) cum aliis condicionibus et sub eadem pena, prout sepius est intimatum (videlicet^h x marcarum argenti).

13. Item cum muliere, cum qua Deus gratiam suam fecerit, plures mulieres, quibus species ministrantur, accessum ad ecclesiam habereⁱ non debent quam sex, et eedem in reversione^k quelibet ad domum propriam redeat, sub pena sepius recitata^l.

14^m. (Item, quando funeralia alicujus peragi debent, eciam totidem mulieres, et non plures debent cum domina exire et econverso intrare.)

15. Item, quod nullus clerus sive laycus de vespere post pulsum majoris campane in plateis transire debeat, nisi legitimo habito negotio, neque arma in plateis tempore nocturno portare debeat, sub pena sepius intimata (iii marcarum)ⁿ.

16. Item, quod quilibet caute ad ignem suum videat, quod nullum

^a *Es folgte*: in hoc re.

^b repertus repertus.

^c vita—specialem *nachträglich gestrichen und dafür* ^e (stare—emendabit) *eingesetzt*. ^d in hoc *auf Rasur*. ^f S. 85.

^g neque—fiant *oben am Rande nachgetragen, hierher gewiesen*.

^h videlicet—argenti *nachgetragen*. ⁱ habere *fälschlich in haberi geändert*.

^k *Ursprünglich folgte ad domum ejusdem d, was während der Niederschrift gestrichen worden ist*. ^l recitata *auf Rasur*. ^m § 14 *ist nachträglich eingeschoben*.

ⁿ *Nachgetragen*.

ex hoc dampnum eveniat. Et quicumque exercuerit agriculturam, annonam suam nullibi quam ad horrea deferre debebit, sub pena trium marcarum argenti.

17^a. (Item, si aliquis servorum vel ancillarum sine licencia in debito tempore a domino vel domina sua recederet, extunc talis debet manere per diem et annum extra civitatem; et si aliquis civium talem servum vel ancillam clam conveniret et tenere vellet, emendabit civitati cum iii marcis argenti.)

18. Item^b domini consules firmiter observare statuerunt, non plures per quascumque personas in hac civitate fore debere contubernias seu conventicula, ghilde proprie dicta, quam ab antiquo per dominos consules graciose sunt admissa, neque omnino^c esse debent contubernie beate Marie virginis vel beate Ghertrudis neque beati Olavi, vel quocumque alio nomine nominentur, sed quodlibet^d officium seu officiales secundum laudabilem consuetudinem huc usque habitam simul cum suis convenire possunt, et non alias, sub pena decem marcarum argenti.

19. Item nullus debet peregrinari, nisi fiat cum scitu^e dominorum consulum, ne quis ex hoc dampnum incurrat, propter causas vobis sepius expressas et sub pena sepius recitata^f.

20. Item, quod nullus civium nostrorum opidanum seu opidanam nostre civitatis incusare debebit seu impetere coram iudicio spirituali vel hoc committere alicui spirituali persone, sed debebit stare contentus in nostro jure Lubicensi, sub pena prius expressa.

21. Item nullus causa preemptionis emere debet frumenta seu ligna sive quecumque alia bona extra valvas civitatis, sub pena trium marcarum argenti.

22^g. (Item nulla publice infamata mulier debet deferre aliquod smyde neque velamina lintea in capite ultra valorem quatuor solidorum, sub pena trium marcarum argenti, eciam si jam esset maritata.)

23. Item^h nullus debet habere speciales pastores, sub pena sepius expressa. (Eciamⁱ nullus debet pellere oves vel capras ad campum.)

^a § 17 ist nachgetragen.

^b S. 86.

^c om̄.

^d quodlibet am Rande mit Einweisung.

^e situ.

^f Urspr.: resitata.

^g § 22 ist nachgetragen.

^h S. 87, nur zu Dreiviertel beschrieben.

ⁱ eciam — campum nachgetragen.

24. Item nullus de nocte pecora sua per speciales pastores tempore nocturno pascere faciat, quia, si quis in frumentis suis ex hoc dampnum reciperet, hoc^a domini consules tamquam furtum judicare vellent^a (hujusmodi^b dampnum restaurabit et civitati tres mr. argenti emendabit).

25¹. Item de preempcionibus frumentorum domini consules observari volunt sub pena prius intimata (iii marcarum)^c.

26. Item dicatur de vigiliis et de fossato civitatis, prout consuetum est.

27. Item volunt omnia communia civiloquia sub penis in eisdem expressis striccius observari.

28. Item consules nominentur.

29^d. (Item de pistoribus, prout consuetum est, dicatur.)

XLV. Vom Brauen, 1417².

An^e den jaren na der bord unses heren Cristi verteynhundert jar darna an dem soventeynden jare des Dunnerdages na aller Godes Hilgen dage³ do irvoren myne heren de borgermestere unde radmanne, dat ytwelke lude synt, wanner se bruwen willen, so senden se in de molen, etlike xiii dromet, etlike xii dromet moltes, unde dat mûten de molre malen umme iiiii β alzo wol alze enem anderen, de vele myn sacket, unde dat dunket dem rade nycht liik wesen.

1. Hirumme so hefft de rad, olde unde nye, ghewillekoret strengelken to holdende van enem yewelken, he zy borgermester, radman, borger edder borgersche, he zy we he zy, dat nymant schal molt in de molen senden to malende to enem bere meer wen xi dromet, wil he dar myn in senden, dat sta to em, men meer schal he dar nycht in senden to enem bere to bruwende; unde dat scholen de molre waren by erer waninge unde by eren eden, de se dem rade darto dan hebben. Unde weret, dat den molren in yemandes molte mysduchte, so scholen se enen sak edder twe utstorten laten unde dat molt meten, unde weret dat des moltes^f denne meer were wen

^a hoc—vellent *ist gestrichen und dafür* ^b (hujusmodi—emen dabit) *nachgetragen.* ^c *Nachgetragen.* ^d § 29 *ist nachgetragen.* ^e S. 88. ^f S. 89.

¹ Vgl. § 21.

² Fehlt bei Burmeister. Vgl. XLI.

³ Nov. 4.

xi dromet, so schal dat overmolt in den molre vorbroken wesen, unde de dat utghesand hefft, de schal dat beteren der stad myt x marken sulvers. Unde dat scholen de molre bringen vor den rad unde nycht vorswigen, by erer waninge unde by eren eden. Ok schal nymant meer moltes bruwen to eneme bere unde to ener tiid wen xi dromet, alze vorscreven is, by x marken sulvers.

2. Vortmer schal nymant sulff ander, sulff drudde edder meer, de zyk to samende^a werpen edder worpen hebben, hūse upholden to bruwende; sunder we bruwen wyl, de schal allene en hus hūren edder upholden, by x marken sulvers. Weret over, dat welk van den borgeren, de sulven en hus hadde, nycht enwolde edder vormochte to bruwende, de mach wol enen bedderven man to zyk yn nemen, dede bruwe.

3. Vortmer schal nyn borger, dede plecht to bruwende edder de bruwen wil, syn hūs vorlenen edder vorhuren enem anderen myt^b zyk in syme huse to bruwende. Weret dat dat yemant dede, de schal bynnen eme gantzen jare nycht bruwen, unde alze dycke, alze he dat deyt, schal he dat beteren myt iii marken sulvers, unde de yene, dem he dat hus aldus lenet edder vorhuret hefft, schal dat beteren myt x^c marken sulvers.

4. Ok schal en yewelk in syneme hus men enes brūen in der weken, alze dat van oldinges en sede is ghewesed; unde dede yemant dar entegē, den schal me nycht holden vor so bedderven man na alze vore.

5. Vortmer so schal nymant bruwent anslan, he en hebbe synes echliken gūdes cc Lub. mark sunder^d selschop unde wedderlegent^e, unde dat schal en yewelk, dede bruwent ansleyt, eer he beginnet to bruwende, vor den kemereren waren myt synen eden. Weret over dat yemant bruwent ansloghe unde cc mark nycht en hadde alze vorscreven ys, de schal dat beteren myt x marken sulvers, unde alzo vaken, alze he bruwen hefft, alzo vaken schal he^f dat beteren myt iii marken sulvers.

6. Desse vorscreven sette unde bode wyl de rad in aller mate unde by alsodanen broke, alze vorscreven is, gheholden hebben, unde

^a somende.

^b S. 90.

^c x auf Rasur.

^d sundder.
beschrieben.

^e So.

^f S. 91, nur zu einem Drittel

nymant schal na sunte Mertens dage¹, negest tokomende, meer in de molen senden to eme bere to bruwende men xi dromet, by pyne unde broke, alze vorscreven steyt.

XLVI, 1418².

Anno^a Domini m^occccxviii in festo ascencionis Domini³ domini mei proconsules et consules, novi et veteres, infrascripta statuta firmiter observanda concorditer statuerunt:

1. Primo ipsi byspraken omnes libertates hujus civitatis intus et exterius; quia, si quis de eisdem se intromiserit, civitati x mr. argenti emendabit.

2. Item nemo loquatur maliciose super dominos, principes, virgines ac alios probos homines, spirituales atque seculares, sub pena x marcarum argenti.

3. Item, quod unusquisque civium habeat sua arma prompta, quia, prochdolor, tam per terram quam per mare est inseguritas. Volunt eciam domini consules circuire et arma civium videre; si quis civium arma sua prompta non habuerit, volunt ea sibi de propriis comparare, et cum hoc civitati tres mr. argenti emendabit.

4. Item unusquisque videat, cui sua bona accomodat, quia domini consules potentes esse volunt sue securitatis et conductus. Et dicatur ulterius de conductu seriose.

5. Item nemo proiceat ballast in portum civitatis, sub obtentu bonorum atque vite.

6. Item^b, quod nemo onustet ballast in quascumque naves vel ad schüten, pramones vel ad bote, quod submergantur, sub pena c marcarum argenti.

7. Item nemo dabit seu recipiat ballast de una navi in aliam, nisi fiat cum consensu dominorum consulum, sub pena xx^{ti} marcarum argenti; quod unusquisque civium suis hospitibus intimabit, prout eciam hec tria statuta in porta civitatis clarius scripta reperiuntur.

8. Item, quod tempore pluvie nullus proiceat stercora ad ronnas

^a S. 92.

^b S. 93.

¹ Nov. 11.

² Burmeister S. 36.

³ Mai 5.

platearum; quod si factum fuerit, hospes cum tribus marcis argenti et servus vel ancilla cum dimidio talento^a emendabunt.

9. Item, quod nullus emere debet cum pecuniis hospitem ad manus alicujus hospitis, sub pena trium marcarum argenti.

10. Item, quicumque in negociacionibus suis utitur mensuris atque ponderibus, potest absque ullo timore et excessu accedere servum nostrum juratum Hinr. Dargetzowen et facere eas equari; quia, si quis cum injustis mensuris vel ponderibus repertus fuerit, stare debet ad dictamen consulum, qualiter hoc et cum quo hoc emendare debebit.

11. Item^b, quodcumque Deus cum aliqua muliere gratiam suam fecerit in nativitate alicujus pueri, quod tunc non plures mulieres ibi ad edendum et bibendum manere debeant quam xx^{ti}. Et quando puer baptisatur, sex mulieres accessum cum puero ad baptismum dumtaxat^c habeant, et eodem ibi comedant, et non plures; nec aliquis virorum hujusmodi commestioni se immisceat, sub pena trium marcarum argenti. Et non plures mulieres quam quinque debent habere accessum ad ecclesiam tempore purificationis cum muliere, cum qua Deus suam gratiam fecerit, et illis^d debent species ministrari, et quelibet ad domum propriam debet reverti, sub pena trium marcarum argenti.

12. Idem est observandum, quando exequie alicujus defuncti peraguntur. Tunc quinque mulieres, et non plures debent cum domina domus ad domum reverti, nec plures de mane cum ea exire. (Sub^e pena trium marcarum argenti.)

13^f. (Item dat vadderghelt.)

14. Item de nupciis volunt observari, quod dumtaxat habeantur duodecim schutelle, et non plures; neque aliquae choree vespertine neque ghevelbeer fiant, cum aliis condicionibus, sub pena x marcarum argenti.

15. Item^g, quod nullus, clerus sive laicus, de vespere post pulsum majoris campane in plateis transsire debeat, nisi legitimo habito negotio, neque arma in plateis tempore nocturno portare debeat; quia, si quis contrarium fecerit (et^h repertus fuerit), incarcerari debet usque mane et civitati iii mr. argenti emendabit.

^a tallento.

^b S. 94.

^c *Urspr.*: dumtaxant.

^d *Flektionssilbe frei ergänzt.*

^e sub—argenti *nachgetragen.*

^g S. 95.

^f § 13 *ist am Rande nachgetragen.*

^g S. 95.

^h et—fuerit *nachgetragen.*

16. Item quilibet caute ad ignem suum videat, quod nullum ex hoc dampnum eveniat. Et quicumque exercuerit agriculturam, annuam suam nullibi quam ad orrea deferre debet, sub pena trium marcarum argenti.

17. Item, si aliquis servorum vel ancillarum sine licencia in non debito tempore a domino vel domina sua recederet, extunc talis debet manere extra civitatem per annum et diem; et si aliquis civium talem servum vel ancillam clam conveniret et tenere vellet, vadiabit civitati iii mr. argenti^a.

18. Item^b domini consules firmiter statuerunt observandum, non plures in hac civitate debere esse contubernias, proprie ghilde, quam ab antiquo per dominos consules graciose sunt admissa.

19. Nulli^c eciam civium nec aliqua officia convenire debent singulares domus vel habitaciones pro collacionibus eorum specialiter observandis, sed quicumque habent negociari ad invicem, transseant ad communes tabernas, sub pena x marcarum argenti.

20^d. Item nulla domina sive virgo^e debet portare smyde exterius supra amplis manicis nec apertas manicas vario subductas, sub pena x marcarum argenti.

21. Item^f statuerunt, quod nullus villanorum debet venire et morari in civitate, nisi prius fecerit suo vero domino omnia, que ex justicia tenetur facere. Nec aliquis civium debet cum potencia afferre^g vel juvare afferri hujusmodi villanum ad civitatem contra voluntatem domini sui, sub pena x marcarum. Et si consules vel civitas aliquas expensas vel dampna ex premissis incurrerent^h, ista debent civitati emendare.

22. Item publice infamate mulieres non debent morari in amplis publicisⁱ plateis, ubi est communis transsitus honestarum dominarum, nec debent deferre aliquod smyde neque velamina lintea in capitibus ultra valorem quatuor solidorum, sub pena trium marcarum argenti^k.

^a Mit spitzer Feder und fast ohne Tinte sind unten an den Rand zwei Paragraphen gekritzelt, anscheinend: Item de cultell. Item de parua (porcis?). ^b S. 96. ^c Nuulli.

^d § 20 war vorher anders gefaßt: Item nulla domina debet deferre amplas apertas manicas cum smyde exterius ornatas nec intus cum vario subductas. ^e sive virgo über der Zeile.

^f S. 97. ^g Angefangen war: auffer. ^h incurreret.

ⁱ publicis nachgetragen. ^k Ursprünglich: Lub.

23. Item nullus debet peregrinari, nisi fiat cum consensu dominorum consulum, ne quis ex hoc dampnum incurrat, propter causas vobis sepius expressas et sub pena sepius intimata.

24. Item^a quilibet civium habens^b actionem cum alio cive debet stare contentus in jure nostro Lubicensi, et non debet aliquem civem impetere coram iudice spirituali nec hoc committere vel resingnare alicui spirituali persone; si quis contrarium fecerit, debet manere extra civitatem et vadiare civitati l mr. Lubicensens.

25. Item nullus causa preempcionis debet emere frumenta sive lingna vel quecumque alia bona extra valvas civitatis, sub pena trium marcarum argenti.

26. Item nullus debet habere speciales pastores. Eciam nullus debet pellere oves vel capras ad campum, antequam frumenta de campo sunt deportata, sub pena trium marcarum argenti.

27. Item nullus de nocte pecora sua per speciales pastores tempore nocturno pascere faciat; quia, si quis in frumentis suis ex hoc dampnum reciperet, hujusmodi dampnum debet restaurare et civitati tres mr. argenti emendare.

28. Item^c de preempcionibus frumentorum domini consules observari volunt, ut prius est intimatum, sub pena trium marcarum argenti.

29. Item nullus debet metsecundus vel tercius aliquam domum sustentare ad braxandum, sed, quicumque vult^d braxare, ille debet solitarie unam domum habere vel sustentare, sub pena x marcarum argenti. Et si aliqui contra hoc simul braxaverunt, illi debent se separare infra hinc et festum nativitatis Johannis baptiste¹ et debent venire ad dominos vadiatores et emendare civitati eorum penam. Et si post dictum festum beati Johannis¹ simul permanerent et braxarent, tunc pro qualibet braxatura debent civitati emendare tres mr. argenti.

30^e. Item alia statuta circa festum Martini² de braxatura publicata volunt firmiter observari.

31. Item dicatur de vigiliis et de fossato civitatis, prout est consuetum.

^a S. 98.

^b habenti.

^c S. 99.

^d wt.

^e § 30 ist oben am Rande nachgetragen mit Einweisung.

¹ Juni 24.

² Nov. 11. Gemeint ist XLV.

32. Item volunt omnia communia civiloquia sub penis in eisdem expressis strictius observari.

33. Item consules nominentur.

34. Item de pistoribus, prout consuetum est, dicatur.

XLVII, 1419¹.

Anno ^a Domini m^occccxix in festo ascencionis Domini² domini mei proconsules et consules, novi et veteres, infrascripta statuta firmiter observanda concorditer statuerunt:

1. Primo ipsi byspraken omnes libertates hujus civitatis intus et exterius; quia, si quis de eisdem se intromiserit, x mr. argenti emendabit.

2. Item nemo loquatur maliciose super principes, dominos, virgines ac alios probos homines, spirituales atque seculares, sub pena x marcarum argenti.

3. Item, quod unusquisque habeat sua arma parata et prompta, quia, prochdolor, tam per terram quam per mare est inseguritas. Volunt eciam domini mei consules circuire et arma civium pervidere; si quis civium arma sua prompta non habuerit, volunt ea sibi de suis propriis comparare, et cum hoc civitati tres mr. argenti emendabit.

4. Item unusquisque videat, cui sua bona accomodat, quia^b domini consules potentes esse volunt sue securitatis et conductus. Et dicatur ulterius de conductu seriose.

5. Item nemo proiceat ballast in portum civitatis, sub optentu bonorum atque vite.

6. Item nemo onustet ballast in quascumque naves vel ad schütten, pramonen vel ad bote, quod submergantur, sub pena c marcarum argenti.

7. Item nemo dabit seu recipiat ballast de una navi in aliam, nisi fiat cum consensu dominorum consulum, sub pena xx^{ti} marcarum argenti. Et hoc unusquisque civium suis hospitibus intimabit, prout^c eciam hec tria statuta in porta civitatis clarius scripta reperiuntur.

8. Item, quod tempore plüvie nullus proiceat stercora ad ronnas

^a S. 100.

^b S. 101.

^c *Es folgte zuerst*: hoc.

¹ Burmeister S. 39.

² Mai 25.

platearum. Quod si factum fuerit, hospes cum tribus marcis argenti et servus vel ancilla cum dimidio talento^a emendabunt.

9. Item, quod nullus debet emere cum pecuniis hospitem ad manus alicujus hospitis, sub pena trium marcarum argenti.

10. Item^b, quicumque in negociacionibus suis utitur mensuris atque ponderibus, potest absque ullo timore et excessu accedere servum nostrum juratum Hinr. Dargetzowen et facere eas equari. Quia, si quis cum injustis mensuris vel ponderibus repertus fuerit, stare debet ad dictamen consulum, qualiter hoc et cum quo hoc emendare debebit.

11. Item de nataliciis et baptismo puerorum et de visitacione ecclesie tempore purificationis et exequiarum cum mulieribus volunt esse observandum, ut in precedenti anno est intimatum^c.

12. Item nullus debet puero, quem levat de fonte, plus dare quam iii^{or} sol. Lubicensis, sub pena trium marcarum argenti.

13. Item de nuptiis et vespertinis choreis ut prius.

14. Item nullus de vespere post pulsum majoris campane in plateis transsire debet, nisi habeat legitimum negocium, sive sit laicus sive clericus, neque arma in plateis tempore nocturno deferre, sub pena iii marcarum argenti.

15. Item^d quilibet debet caute respicere ad ignem suum, quod nullum inde dampnum alicui eveniat. Et quilibet agricultura^e debet annonam suam ponere ad orrea et non alibi, sub pena trium marcarum argenti.

16. Item, si aliquis servus vel ancilla^f sine licencia in non debito tempore a domino suo vel domina recederet, extunc sic recedens debet manere extra civitatem per annum et diem; et si quis civium talem servum vel ancillam clam conveniret et tenere vellet, vadiabit civitati tres mr. argenti.

17. Item non plures debent esse hic contubernie sive ghilde, quam ab antiquo per dominos consules sunt admissae (sub^g pena x marcarum argenti).

18. Item nulla domina sive virgo debet portare smyde exterius super amplis manicis nec apertas manicas vario subductas, sub pena x marcarum argenti.

^a talento.

^b S. 102.

^c intimatum.

^d S. 103.

^e So.

^f ancilla.

^g sub—argenti

nachgetragen.

19. Item de villanis intrantibus civitatem sine consensu dominorum suorum, ut prius.

20. Item^a de publice^b infamatis mulieribus^c, ut prius.

21. Item quilibet civis haben[s]^d actionem cum alio cive debet stare contentus in jure nostro Lubicensi et non debet aliquem civem impetere coram judicio spirituali nec hoc committere vel resingnare alicui spirituali persone. Quia, si quis contrarium fecerit, debet manere extra civitatem et vadiare civitati 1 mr. Lubicensis.

22. Item nullus causa preempcionis debet emere frumenta sive lingna vel quecumque alia bona extra valvas civitatis, sub pena trium marcarum argenti.

23. Item nullus debet habere speciales pastores; eciam nullus debet pellere oves vel capras ad campum, antequam frumenta de campo sunt deportata, sub pena trium marcarum argenti.

24. Item nullus de nocte pecora sua per speciales pastores tempore nocturno pascere faciat; quia, si quis in frumentis suis ex hoc dampnum reciperet, hujusmodi^e dampnum debet restaurare et civitati tres mr. argenti emendare.

25. Item de^f preempcionibus frumentorum domini consules observare volunt, ut prius est intimatum, sub pena trium marcarum argenti.

26^g. Item nullus civium debet sibi facere metiri frumenta apud aquas et ad saccos suos recipere, nisi empicio sit totaliter, plenarie et rationabiliter prius facta super eisdem; si contrarium factum fuerit, tam emptor quam venditor x mr. argenti civitati vadiabit.

27. Item, quod nullus debet peregrinari, nisi fiat cum consensu dominorum consulum. Specialiter nullus civium debet peregrinari versus Aken, Eensedelingen^h sive Eenwolde, sub pena x marcarum argenti. Eciam nullus servus sive ancilla debet ibi peregrinari; qui contrarium fecerit, civitati carebit.

28ⁱ. (Item nullus debet emere sua propria bona, sub pena x marcarum et perdicione bonorum.)

^a S. 104.

^b Die letzte Silbe ist abgekürzt.

^c mulieribus.

^d habenti.

^e S. 105.

^f de fehlt.

^g § 26 folgt auf § 27, indessen ist die Umstellung durch Zeichen vorgeschrieben.

^h Am Rande nachgetragen.

ⁱ § 28 ist unten am Rande nachgetragen.

29. Item^a nullus braxator ad tabernas debet latoribus tempore, quo gustant cervisiam et tabernatrices apportant, aliquod prandium sive commestionem vel species dare^b, sub pena trium marcarum argenti; et si aliquis lator aliquod premissorum reciperet, debet carere civitati.

30. Eciam nullus debet majorare dregheghelt sive mekelghelt ipsorum latorum ultra duos denarios, sub pena prius expressa.

31. Item nullus braxator debet suo mesterknechte plus dare pro uno medio anno quam in estate iiii^{or} mr. et in hieme quinque mr. Lubicensis, dominus sub pena x marcarum argenti, et servus plus recipiens iii mr. argenti civitati emendabit et civitati carebit.

32. Item nullus debet emere lagenas sive tunnas antiquas alterius braxatoris; qui contrarium fecerit, domini consules stricte volunt judicare.

33. Item^c nullus debet ferre trusilia in civitate, nisi cives proprias hereditates habentes, sub pena trium marcarum argenti, ut prius est intimatum.

34. Item, quod duo vel tres non debent simul braxare in una domo, sub pena prius intimata.

35. Item, quod nullus in taberna debet propinare cervisiam Butzowensem; si contrarium aliquis fecerit, pro qualibet tunna iii mr. argenti civitati emendabit.

36. Item dicatur de vigiliis et de fossato civitatis, prout est consuetum.

37. Item volunt omnia communia civiloquia sub penis in eisdem expressis strictius observari.

38. Item consules nominentur.

39. Item de pistoribus, prout consuetum est, dicatur.

XLVIII, 1420¹.

Anno^d Domini m^occccxx in festo ascencionis Domini² domini mei proconsules et consules, novi et veteres, infrascripta statuta firmiter observanda concorditer statuerunt:

^a S. 106.

^b dare debet.

^c S. 107.

^d S. 108.

¹ Burmeister S. 42.

² Mai 16.

1. Primo ipsi bispraken omnes libertates hujus civitatis intus et exterius; quia, si quis de eisdem se intromiserit, x mr. argenti emendabit.

2^a. (Item de communibus civiloquiis.)

3. Item nemo loquatur maliciose super principes, dominos, virgines ac alios probos homines, spirituales atque seculares, sub pena x marcarum argenti.

4. Item unusquisque habeat arma, equos et armigeros suos paratos, ut domini consules hoc mandaverunt.

5. Item unusquisque videat, cui sua bona accomodet, quia domini consules volunt esse potentes sue securitatis et salvi conductus.

6. Item nemo proiceat ballast in portum civitatis, sub optentu bonorum atque vite.

7. Item nemo onustet ballast in quascumque naves, schuten sive prame, quod submergantur, sub pena c mr. argenti.

8. Item^b nemo dabit seu recipiat ballast de una navi in aliam, nisi fiat cum consensu dominorum consulum, sub pena xx^{ti} marcarum argenti; et hoc unusquisque civium suis hospitibus intimabit, et reperiuntur^c hec tria statuta in porta clarius scripta.

9. Item, quod tempore pluvie nullus proiceat stercora ad ronnas platearum; quod si factum fuerit, hospes cum tribus mr. argenti et servus vel ancilla cum dimidio talento^d emendabunt.

10^e. (Item dicatur de drekkaren.)

11. Item nullus debet emere cum pecuniis hospitem ad manus alicujus hospitis, sub pena trium marcarum argenti.

12. Item, quicumque in negociacionibus suis utitur mensuris atque ponderibus, potest adire Hinr. Dargetzowen etc., ut in antiquo.

13. Item nullus debet puero, quem levat de fonte, pro vaddergelt plus dare quam iii^{or} sol. Lubicenses, sub pena trium marcarum argenti.

14. Item de nataliciis et baptismo puerorum et de^f visitacione ecclesiarum tempore purificationis et exequiarum cum mulieribus volunt esse observandum, ut prius sepe est intimatum.

15. Item de nupciis et vespertinis choreis, ut prius.

^a § 2 am Rande nachgetragen.

^b S. 109.

^c reperiuntur.

^d talento.

^e § 10 ursprünglich nach § 24 mit dem Zusatze: prout conceptum est.

^f S. 110.

16. Item nemo debet filie aut cognate sue (seu alicui sponse)^a in nupciis preciosiorem lodicem dare quam de sigeldune (de duobus frustis)^b, quotlibet frustum de vii marcis Lubicensibus vel circa, et nulle preciosiores^c lodices debent poni super lectos in nupciis et in puerperiis.

17. Item non debent plures cussini (in dote dari sive)^a poni supra lectum in nupciis et puerperiis quam sex.

18. Item non debent alique schirelakene poni supra lectum in nupciis vel puerperiis, nec debent pendii ante ostia domorum tempore exequiarum; sed alba lintamina possunt domine et mulieres habere secundum antiquam consuetudinem, et in illis non debet esse contextum pardürwerk nec sericum nec aurum nec argentum nec alique margharite, sub pena (x marcarum argenti)^d.

19. Item nulla sponsa debet habere specialem treek, sed debet in illa domo sponso copulari, in qua debent simul condormire.

20. Item^e nulle^f mulieres debent portare alias togas quam cottidianas in missis^g defunctorum, et non debent deferre togas butene bremet^h. (Et debent offerre hora octava, sub pena x marcarum argenti.)ⁱ

21. Item nulla domina sive virgo debet portare smyde exterius super amplis manicis nec amplas apertas manicas vario subductas, sub pena x marcarum argenti.

22. Item eo tempore, quo aliqua begwina acceptatur ad aliquem conventum, ibi dumtaxat debent interesse due seculares mulieres et non plures et nulli viri^k, et ibi non debent fieri alique expense, nec intus nec extra conventum.

23. Eo autem tempore, quando aliqua begwina investitur, tunc de vespere non debent ibi esse alique seculares virgines nec mulieres nec aliqui viri; sed de mane possunt interesse quatuor viri et xx^{ti} mulieres, et non plures, et ille eciam possunt visitare^l cum ea ecclesiam, offerre et prandere. Et ultra premissa^m non debent mitti alique

^a Über der Zeile. ^b Am Rande. ^c preciosiores.
^d Nachgetragen. ^e S. III. ^f nulle über der Zeile,
zuerst: mulieres non debent. ^g missis mit abgekürzter
Endsilbe. ^h togas butene bremet, *ursprünglich*: bremede
hoykene. ⁱ Nachgetragen. ^k et nulli viri am
Rande. ^l S. 112. ^m premissa mit abgekürzter
Endsilbe.

expense sive cibaria aliis personis nec intra conventum nec extra conventum nec ad claustra^a et nullibi.

24. Et ille, qui facit hujusmodi investituram et expensas, debet^b die judiciali extunc immediate sequenti venire ad consistorium et coram consulatu juramento suo firmare premissa^c observasse, sub pena x marcarum argenti.

25^d. (Item de reysis claustralibus cum xvi lanceis et iiii^{or} speetwaghene ut ab antiquo volunt observari.)

26. Item nullus debet hic portare cervisiam Butzowensem ad civitatem^e venalem, sub perdicione bonorum atque iii marcarum argenti.

27. Item nullus debet eandem cervisiam in tabernis propinare nec aliquis herbergerer suis hospitibus, sub pena trium marcarum argenti pro qualibet lagenam.

28. Item^f nullus alienus mercator sive landvering debet hic pluries servare et tenere suum forum quam semel in anno (ultra nundinas, et hoc facere debet juxta consilium proconsulum)^g.

29. Item quilibet nauta, qui conducitur ad velandum trans Sund^h, ille in prefixo suo termino debet esse paratus ad velandum et velare reysam suam cum bonis, quibus est onustatus; si vero aliqujus conducentis spacium vacuum duceret, quod probabile esset, iste eque bene debet solvereⁱ secundum juris exigenciam (sub pena x marcarum argenti)^k.

30. Item nullus de vespere post pulsum majoris campane in plateis transsire debet, nisi habeat legitimum negocium, sive sit laicus sive clericus, neque arma in plateis tempore nocturno deferre, sub pena iii marcarum argenti.

31. Item quilibet caute respiciat ad suum ingnem, quod nullum inde dampnum alicui eveniat.

32. Et^l quilibet pistor debet bene custodire fornacem suam et

^a claustra mit abgekürzter Endsilbe.

^b debent.

^c premissa mit abgekürzter Endsilbe.

^d An Stelle von

§ 25, der nachträglich eingeschoben ist, stand ursprünglich § 10 mit seinem Zusatze.

^e civitatem, urspr.: forum.

^f S. 113.

^g Nachgetragen.

^h trans Sund am

Rande nachgetragen.

ⁱ nach solvere Raum für zwei

Worte; mit secundum beginnt eine neue Zeile.

^k Nachgetragen, eine neue Zeile beginnend.

^l S. 114.

unum camminum quilibet superedificare infra hinc et festum Mychaelis¹, sub pena iii marcarum argenti.

33. Et quilibet agricultura debet annonam suam ponere ad orrea, et non ad domos, sub pena trium marcarum argenti.

34. Item, si aliquis servus vel ancilla in non debito tempore sine licencia a domino suo sive domina recederet, extunc recedens debet manere extra civitatem per annum et diem; et si quis civium talem servum vel ancillam clam conveniret et tenere vellet, vadiabit civitati tres mr. argenti.

35. Item non debent esse plures contubernie sive ghilde, quam ab antiquo per dominos consules sunt admissae, sub pena x marcarum argenti.

36^a. (Item de officiis, quod non faciant vel recipiant novas expensas; si contrarium fecerint, domini consules volunt iudicare juxta eorum arbitrium.)

37. Item de villanis intransitibus civitatem sine consensu dominorum suorum etc., ut prius.

38. Item^b de publice^c infamatis mulieribus ut prius.

39. Item nullus civium debet alium civem trahere ad iudicium spirituale nec causam suam spirituali persone resignare, sub pena carencie civitatis et I marcarum Lubicensium denariorum.

40. Item nullus causa preempcionis debet emere frumenta, lingua sive quecumque alia bona extra valvas civitatis, sub pena trium marcarum argenti.

41. Item de preempcionibus frumentorum domini consules observare volunt, ut prius est intimatum, sub pena trium marcarum argenti.

42. Item nullus debet habere speciales pastores; eciam nullus debet pellere oves vel capras ad campum, antequam frumenta de campo sunt deportata, sub pena trium marcarum argenti.

43. Item^d nullus de nocte pecora sua per speciales pastores tempore nocturno pascere faciat; quia, si quis in frumentis suis ex hoc dampnum reciperet, hujusmodi dampnum debet restaurare et civitati tres mr. argenti emendare.

^a § 36 ist nachgetragen und hierher gewiesen.

^b S. 115.

^c Die letate Silbe von publice ist abgekürzt.

^d S. 116.

¹ Sept. 29.

44. Item nullus debet peregrinari, nisi faciat cum consensu dominorum consulum etc., ut prius.

45. Item nullus civium debet sibi facere metiri frumenta apud aquas et ad saccos suos recipere, nisi empicio, hoc est kop, sit totaliter facta super eisdem; si contrarium factum fuerit, tam emptor quam venditor x mr. argenti civitati emendabit. (Metitor carere debet officio suo).^a

46. Item nullus debet emere sua propria bona, sub perditione bonorum (et x marcarum argenti)^a.

47. Item nullus debet fieri braxator de novo, nisi^b habeat cc mr. Lubicensis in propriis bonis.

48. Item duo vel tres non debent simul braxare in una domo (sub pena prius intimata)^a.

49. Item nullus braxator debet suo mesterknechte plus pro mercede dare pro uno medio anno quam in estate iiii^{or} mr. et in hyeme quinque mr. Lubicensis, dominus sub pena x marcarum argenti, et servus plus recipiens iii mr. argenti civitati emendabit et civitati carebit.

50. Item nullus debet emere lagenas sive tunnas antiquas alterius braxatoris; si qui contrarium fecerint, domini consules stricte volunt judicare.

51. Item nullus debet ferre trusilia in civitate, nisi cyves possessiones habentes, sub pena trium marcarum argenti, ut prius est intimatum.

52^c. (Item^d nullus debet fodere argillam sive arenam statim prope aggera civitatis, sub pena iii marcarum argenti.)

53. Item dicatur de vigiliis et fossato civitatis, prout est consuetum.

54. Item consules nominentur.

55. Item de pistoribus, prout consuetum est, dicatur.

XLIX, 1421¹.

Anno Domini m^occccxxi in festo ascencionis Domini² domini mei proconsules et consules, novi et veteres, infrascripta statuta firmiter observanda concorditer statuerunt:

^a *Nachgetragen.*

^b S. 117.

^c § 52 *ist nach-*

getragen. ^d S. 118.

¹ Burmeister S. 46.

² Mai 1.

1. Primo ipsi bispraken omnes libertates hujus civitatis intus et exterius; quia, si quis de eisdem se in̄tromiserit, x mr. argenti emendabit.

2. Item volunt communia civiloquia sub penis in eisdem expressis strictius observari.

3. Item nemo loquatur maliciose super principes, dominos etc., sub pena x marcarum argenti.

4. Item^a unusquisque habeat arma sua parata, cum quibus velit corpus et honorem defendere tempore oportuno.

5. Item unusquisque videat, cui sua bona accomodet, quia domini consules volunt esse potentes in salvo^b conductu et securitate.

6. Item nemo proiciat ballast ad portum civitatis, sub optentu bonorum atque vite.

7. Item nemo onustet ballast ad pramonēs etc., quod submergantur, sub pena c marcarum argenti.

8. Item nemo recipiat ballast de una navi ad aliam, nisi fiat cum consensu dominorum consulum, sub pena xx^{ti} marcarum argenti; et hoc unusquisque debet intimare hospitibus suis.

9. Item nullus debet proicere stercora ad ronnas, quando pluit, hospes sub pena trium marcarum, et servus vel ancilla sub pena medii talenti^c.

10. Item, quicumque habet concontractas naues, wrak dictas, in portu, debet deportare infra hinc et festum penthecosten^{d 1}, sub pena perdicionis ejusdem wrakes (et trium marcarum argenti)^e.

11^f. (Item quilibet nauta trans Sund conductus in termino suo prefixo debet velare; et si alicujus conducentis spacium vacuum duceret, quod probabile esset, eque bene debet sibi solvi fructus, sub pena x marcarum argenti.)

12. Item^g nullus debet emere cum pecuniis hospitem ad manus alicujus hospitis, sub pena trium marcarum argenti.

13^h. (Item van der munte.)

14. Item, qui utitur mensuris vel ponderibus, transseat ad Hinr. Dargetzowen, ut prius.

^a S. 119.

^b salvo *über der Zeile*.

^c tallenti.

^d penthecosten
getragen.

^e *Nachgetragen.*
^g S. 120.

^f § 11 *ist nach-*

^h § 13 *ist nachgetragen,*

später als § 11.

¹ Mai 11.

15^a. (Item de carbonibus.)

16. Item de vaddereghelde, ut prius.

17. Item de nataliis, baptismo et transitu mulierum ad ecclesiam post puerperium et post funera volunt esse observandum, ut prius sepe est intimatum; et debent offerre hora octava.

18. Item de nupciis et vespertinis choreis.

19. Item de suppellectilibus, lodicibus, cussinibus et lintiaminibus, ut prius.

20. Item nulla domina sive virgo debet deferre smyde in amplis manicis nec amplas apertas manicas vario subductas, sub pena x marcarum argenti.

21. Item nullus debet congnate sue tempore desponsacionis pro dote dare vestes cum bremelisse subductas, nisi dederit eciam ei c mr. Lubicensis pro dote; et hoc debet firmare juramento suo coram consulatu.

22. Item^b nulla mulier debet deferre togas cum bremelisse subductas, illis dumtaxat exeptis qui dederint civitati talliam omni anno pro c marcis, et hoc quilibet debet firmare juramento suo coram camerariis, quando talliam civitati persolverit.

23. Item de investitura begwinarum et expensis earum volunt esse observandum ut prius, sub pena x marcarum argenti.

24. Item de cervisia extranea Butzowensi ut prius, sub pena trium marcarum argenti ut prius.

25^c. Item nullus extraneus mercator debet pluries suum forum hic servare quam semel in anno ultra nundinas communes, et hoc facere debet secundum consilium proconsulum.

26. Item nullus debet deferre trusilia, nisi sit erffseten borger, sub pena trium marcarum argenti irremissibili.

27^d. (Nota de homicidis et eos hospitantibus.)

28. Item^e nullus de vespere post pulsum majoris campane in plateis transsire debet, nisi habeat legitimum negocium, sive sit clericus sive laicus, neque arma de nocte in plateis deferre, sub pena trium marcarum argenti.

29. Item nullus debet impingnorare sive appropriare stantes hereditates vel jacentes fundos hujus civitatis quibuscumque personis

^a § 15 ist nachgetragen, gleichzeitig mit § 13.

^b S. 121.

^c § 25 ist gestrichen.

^d § 27 ist mit

spitzere Feder besonders nachgetragen.

^e S. 122.

Hansische Geschichtsquellen. II. 3.

20

ecclesiasticis, nisi faciat hoc cum consilio consulum^a; et si contrarium factum fuerit, totum debet esse irritum (et sine vigore)^b.

30. Item nullus civium debet alium trahere ad iudicium spirituale nec causam suam spirituali persone resingnare, sub pena carencie civitatis et l marcarum Lubicensium denariorum.

31. Item domini consules nolunt habere neque fieri plures (et novas)^b contubernias sive ghilde, quam ab antiquo fuerunt et admissae sunt, sub pena x marcarum argenti.

32. Item de officiis, quod non recipiant sive faciant novas expensas in admissione alicujus eorum consortis; et si contrarium fecerint, domini consules^c volunt hoc stricte iudicare juxta eorum arbitrium.

33. Item nulle mulieres publice infamate, brakvrowen^d, debent deferre togas plicas et fimbrias habentes, eciam non debent deferre smyde neque doke (sub pena trium marcarum et perdicione vestimentorum)^e. Eciam si hujusmodi infamata mulier postea matrimonium intraret vel intrasset, illo non obstante eque bene non debet deferre smyde et aliis honestis dominabus se assimilare^f.

34. Item nulla mulier publice infamata debet morari in arta illa platea, qua itur de cimiterio beati Nicolai versus Barvotos, neque in Alta platea, qua itur de cimiterio beati Georgii versus plateam Lubicensem. (Et debent exire ante festum penthecostes¹, sub pena trium marcarum argenti.)^g

35. Item, si aliquis servus vel ancilla in non debito tempore sine licencia a domino suo recederet, extunc recedens debet manere extra civitatem per annum et diem; et si quis civium talem servum vel ancillam clam conveniret et tenere vellet, civitati tres marcas puri vadiabit.

36. Item^h quilibet caute ad ignem suum respiciat, ut nulli inde dampnum eveniat, et nullus debet annonam suam alibi quam ad orrea deferre, et non ad domos habitacionis, sub pena trium marcarum argenti.

37. Item nullus debet habere speciales pastores, neque capras

^a consulum *auf Rasur.*

^b *Nachgetragen.*

^c S. 123.

^d brakvrowen (*für wrakvrowen über der Zeile.*

^e *Nachgetragen.*

^f assimilari.

^g *Nachgetragen.*

^h S. 124.

¹ Mai 11.

vel oves ad campum pellere, antequam frumenta de campo sunt deportata, sub pena trium marcarum argenti.

38. Item nullus de nocte pecora sua tempore nocturno pascere faciat, quia, si quis in frumentis suis dampnum inde reciperet, hujusmodi dampnum debet restaurare et civitati tres mr. emendare.

39^a. (De ortis et cauleis.)

40. Item nullus debet peregrinari, nisi faciat cum consensu dominorum consulum, ut prius. (Sub pena xx^{ti} marcarum argenti.)^b

41. Item nullus causa preemptionis^c debet emere frumenta, lingua sive quecumque alia bona extra valvas civitatis, sub pena trium marcarum argenti.

42. Item de preemptionibus frumentorum domini consules observare^d volunt, ut prius est intimatum, sub pena trium marcarum argenti.

43. Item nullus civium debet sibi facere metiri frumenta apud aquas et ad saccos suos recipere, nisi contractus emptionis sit factus; et si contrarium factum fuerit, tam emptor quam venditor x mr. argenti civitati emendabunt et metitor officio suo carere debet.

44. Item nullus debet emere sua propria bona, sub perditione bonorum et x marcarum argenti.

45^e. Item nullus debet emere antiquas lagenas alterius braxatoris; si contrarium factum fuerit, domini consules stricte judicare volunt.

46. Item nullus debet fieri braxator de novo, nisi habeat in propriis bonis cc mr. Lubicenses.

47. Item duo vel tres non debent simul braxare in una domo, sub pena prius intimata.

48. Item nullus tabernator debet ab ancilla sua recipere determinatam pecuniam pro qualibet lagena^f cervisie ducillenda, sed debet ducillare suam cervisiam sub proprio suo dampno. Hoc hospes servare debet sub pena iii marcarum argenti, ancilla vero contrarium faciens extra civitatem manebit per diem et annum.

49. Item de servitoribus braxatorum ut prius.

50. Item nullus debet fodere argillam sive arenam juxta aggera civitatis, sub pena trium marcarum argenti.

^a § 39 gleichzeitig mit § 13 und § 15 nachgetragen.

^b Nachgetragen. ^c causa preemptionis, gestrichen.

^d S. 125. ^e § 45 ist gestrichen. ^f S. 126.

51^a. (Item de fimo etc.)

52. Item dicatur de vigiliis et fossato civitatis, prout est consuetum.

53. Consules nominentur.

54. Item de pistoribus, prout consuetum est, dicatur.

L, 1422¹.

Anno^b Domini m^occccxxii^o in festo ascencionis Domini² domini mei proconsules et consules, novi et veteres, infrascripta statuta firmiter observanda concorditer statuerunt:

1. Primo ipsi bispraken omnes libertates hujus civitatis intus et exterius; quia si quis de eisdem se intromiserit, x mr. argenti emendabit.

2. Item nemo loquatur maliciose super dominos, principes etc., sub pena x marcarum argenti.

3. Item unusquisque habeat arma sua parata, cum quibus velit corpus et honorem defendere tempore oportuno; quia domini mei volunt facere circuire et arma uniuscujusque pervidere (etc.)^c.

4^c. (Item volunt communia civiloquia sub penis in eisdem expressis strictius observari etc.)

(Cetera ut in precedenti anno.)^c

LI, 1423³.

Anno^d Domini m^occccxxiii^o in festo ascencionis Domini⁴ domini mei consules, novi et veteres, infrascripta statuta firmiter observanda concorditer statuerunt:

1. Primo ipsi bispraken omnes libertates civitatis intus et exterius; quia, si aliquis se de eisdem intromiserit, x mr. argenti emendabit.

2. Item nemo loquatur maliciose super dominos, principes, mu-

^a § 51 nachgetragen.
mit anderer Feder.

^b S. 127.
^d S. 128.

^c Nachgetragen

¹ Burmeister S. 50.

² Mai 21.

³ Burmeister S. 50.

⁴ Mai 13.

lieres, virgines et singulos probos et honestos homines, sub pena (x marcarum argenti)^a.

3. Item unusquisque habeat arma sua parata, cum quibus velit corpus et honorem defendere tempore oportuno.

4. Item unusquisque videat, cui bona sua accomodat, quia domini consules volunt esse potentes in salvo conductu et securitate.

5. Item nullus debet deferre trusilia in plateis, nisi ipse sit erffseten civis, sub pena trium marcarum argenti.

6. Item nullus debet zelare, hoc est vorhelen, sive hospitare (interfectorem sive)^b homicidam hic in civitate; quia, si talis homicida in hospicio alicujus repertus fuerit, domini consules volunt stricte judicare hospitem sive zelantem cum homicida.

7. Item de troners sanis mendicantibus.

8^c. (De^d libro civitatis.)

9. Item de piscinis civitatis, quod nemo habeat piscaturam inibi (neque ova recipiat)^e; quia, si aliquis exedens^f repertus fuerit, domini consules volunt stricte judicare.

Cetera ut in anno xxi⁰.

LII, 1424¹.

Anno Domini m⁰ccccxxiii⁰ in festo ascencionis Domini² domini mei consules, novi et veteres, infrascripta statuta firmiter observanda concorditer statuerunt:

1. Primo ipsi byspraken omnes lybertates civitatis etc.

2^g. Item omnia communia civiloquia debent servari.

3. Item nemo loquatur maliciose super dominos etc.

4^h. (De missa.)

5. Item unusquisque habeat arma sua parata etc.

6. Item unusquisque videat, cui bona sua accomodet etc.

7. Item nullus debet deferre trusilia (gentzen)ⁱ in plateis, nisi ipse sit erffseten civis, sub pena trium marcarum argenti.

^a Nachgetragen.

^b Nachgetragen.

^c § 8 ganz

oben am Rande nachgetragen.

^d S. 129.

^e Nach-

getragen.
hinter § 3.

^f So.

^g § 2 am Rande, eingewiesen

gleichzeitig mit § 4.

^h § 4 am Rande, später.

ⁱ Am Rande,

¹ Burmeister S. 51.

² Juni 1.

8. Item nullus debet vorhelen sive hospitare interfectorem vel homicidam hic in civitate; quia, si hujusmodi malefactor in hospicio alicujus repertus fuerit, domini mei volunt stricte judicare hospitem et zelantem cum malefactore.

9. Item de troners (truckelers)^a sanis mendicantibus, quod non debent esse hic in civitate.

10. Item nemo proiceat ballast ad portum civitatis, sub optentu bonorum atque vite.

11. Item nemo onustet ballast ad pramones etc., quod submergantur, sub pena c marcarum argenti.

12. Item^b nemo recipiat ballast de una navi ad aliam, nisi fiat cum consensu dominorum consulum, sub pena xx^{ti} marcarum argenti; et hoc unusquisque debet intimare hospitibus suis, etc.

13. Item nemo debet proicere stercora ad ronnas, ut prius.

14^c. Item nemo debet facere mesvalde in civitate super libertate civitatis nec permittere fimum suum jacere, quem educit de curia, per noctem in plateis, sub pena iii marcarum argenti.

15. Item, quicumque habet wrak in portu civitatis, ille debet deportare infra hinc et festum penthecostes¹, sub pena perdicionis ejusdem wrakes et sub pena trium marcarum argenti.

16. Item quilibet nauta trans Sund conductus in termino suo prefixo debet esse paratus et velare, prout est conductus, sub pena x marcarum argenti. Et si alicujus conducentis spacium vacuum duceret, quod probabile esset, eque bene debent sibi solvi fructus.

17. Item nullus debet emere cum pecuniis hospitem ad manus alicujus hospitis, sub pena trium marcarum argenti. (Et nullus debet mercare^d sive emere et vendere hic in civitate^d, quin debet esse civis factus; quociens contrarium fecerit, tres marcas argenti civitati emendabit.)^e

18^f. Item, qui utitur mensuris sive ponderibus, ille potest transire ad Hinr. Dargetzowen^g etc.

^a Über der Zeile, gleichzeitig mit § 4.

^b S. 130.

^c § 14 ist gestrichen, jedoch haben die Striche wieder wegradirt werden sollen.

^d mercare—civitate auf Rasur.

^e Unten am Rande mit Einweisung.

^f § 18 auf

Rasur.

^g Dargetzowen.

¹ Juni 11.

19^a. Item, quod nullus emat sal sine pondere.

20^b. Item quilibet habeat respectum, quod non subleuet illos novos florenos, quorum scriptura est »dux Arnoldus«.

21^b. Item multe domine offerunt in ecclesiis cupreos Danenses denarios jam nullibi currentes, et hoc videtur consulatui non esse rationabile; ergo quevis domina sit havisata, ne amplius talia offerat.

22. Item^c de vadderenghelde ut prius.

23. Item nullus tempore baptismatis pueri sui debet invitare aliquos viros hospites ad prandium; et si contrarium factum fuerit, tam hospes activus quam invitatus, quilibet eorum tres marcas argenti civitati emendabit.

24^d. (De vino et clareto.)

25. Item de nataliciis, de baptismo puerorum et transitu mulierum ad ecclesiam et cum exequiis funerum^e (eciam extra territorium descensorum)^f quoad sequelam mulierum, de nupciis, vespertinis choreis et suppellectilibus dominarum (de investitura begwinarum)^g volunt esse observandum, ut prius est intimatum.

26. Item nulla domina sive virgo debet deferre smyde in amplis manicis nec amplas apertas manicas vario subductas, sub pena x marcarum argenti.

27^h. (Item nyn bremlisse nedde[ne]ⁱ etc.)

28. Item nullus debet congnate sue tempore desponsacionis dare vestes cum bremelisse exterius ornatas, nisi dederit eciam ei pro dote centum mr. Lubicenses, et hoc debet firmare juramento suo coram consulatu.

29. Item nulla mulier debet deferre togas cum bremelisse exterius ornatas, quin satisfaciat civitati in tallia pro c mr. Lub., et hoc quilibet debet firmare juramento suo pro sua uxore coram camerariis, quando talliam suam portabit.

30. Item nullus de vespere post pulsum majoris campane in plateis transsire debet, nisi habeat legitimum negocium, sive sit

^a § 19 nachträglich eingeklemmt.
gestrichen.

^c S. 131.

neben § 23 hinverwiesen.

^b § 20 u. § 21
^d § 24 oben am Rande,

^e Von funerum ist die letzte

Silbe abgekürzt auf Rasur.

^f Am Rande ohne Einweisung.

^g Am Rande, hierher verwiesen.

^h § 27 am Rande, gleichzeitig mit § 4.

ⁱ nedde.

clericus sive laicus, neque arma de nocte in plateis deferre, sub pena trium marcarum argenti.

31^a. (Item de empicione salis et de Hinrico Dargetzow.)

32. Item^b nullus debet impingnorare sive appropriare stantes hereditates sive jacentes fundos hujus civitatis quibuscumque personis ecclesiasticis, nisi faciat hoc cum consilio et consensu consulum; et si contrarium factum fuerit, totum debet esse irritum et sine vigore, et contrarium faciens xx^{ti} mr. argenti civitati emendabit.

33. Item nullus civium debet alium trahere ad iudicium spirituale nec causam suam spirituali persone resignare et debet stare contentus jure Lubicensi, sub pena carencie civitatis et l marcarum Lubicensium denariorum, quas civitati emendabit.

34. Item domini consules volunt, quod non debent fieri plures nove contubernie sive ghilde, quam ab antiquitus sunt admissae, sub pena x marcarum argenti.

35¹. (Item, quod non debent esse braxatores.)^c

36. Item de officiis, quod non recipiant neque faciant novas expensas in admissione alicujus eorum consortis; et si contrarium factum fuerit, domini consules juxta eorum arbitrium volunt hoc stricte judicare.

37. Item, quod nulle mulieres publice infamate, scilicet meretrices, debent deferre togas plicas et fimbrias habentes, eciam non debent deferre smyde neque doke (ruffos calceos^d), eciam si matrimonium intrasset, sub pena trium marcarum argenti et sub pena perdicionis vestimentorum atque smydes.

38. Item hujusmodi mulieres non debent morari in arta platea, qua itur de cimiterio ecclesie sancti Nicolai versus Minores, nec in platea, qua itur de sancto Georgio ad plateam Lubicensem^e (nec in platea Begwinarum)^f, et debent exire ante festum beati Johannis baptiste², sub pena trium marcarum argenti.

39. Item nulla hujusmodi infamata mulier debet aliquam domum

^a § 31 am Rande, gleichzeitig mit § 4.

^b S. 132.

^c § 35 am Rande, gleichzeitig mit § 4.

^d ruffos calceos

am Rande, gleichzeitig mit § 4.

^e S. 133.

^f Oben am Rande, gleichzeitig mit § 4.

¹ Vgl. § 55.

² Juni 24.

in Hegha ut hospita tenere, sed debet inde recedere ante festum Mychaelis¹ (sub pena x marcarum argenti)^a.

